De regionibus observarunt Asclepiades, & Gal. Pleuriticos Romæ, & Athenis aer. aq.
degentes phlebotomia non ita juvari, quod Austro utraque civitas sit exposita: & loc...
contrarium autem accidere in Hellefpono, quod jaceat ad Boream.

De ætate prohibuit Gal. sanguinis missiones in Pueris, & Senibus.

De morbis verò nonnulli sunt, qui evacuationes repuunt, quamvis causa ex-
postulet, ut Syncopis, quæ ex humorum frigiditate fit. Adhaec addere oportet
temperamentum, consuetudinem, victus rationem, à quibus difficultas, vel
facilitas vacuationis cum pendeat, impedimento esse possunt, quod minus confe-
rentia, & tolerantia ad humoris novii educationem sequantur.

APHORISMUS III: *Habitus Athletarum, qui &c.*

CUM Hipp. de qualitate vacuandi in antecedenti tractasset; in præsentí mo- Con-
dò de quantitate ejusdem agit, seu de mensura humoris educendi, qui qui- nexo.
dem est alter scopus in evacuatione necessarius.

Tantum vacuare oportet, quantum vires ferunt.

Quoniam multi sunt scopi evacuationis, sicuti & omnis Medici operationis, Inte-
nec satis est unum vel alterum, sed omnes simul habere. Sunt autem, an eva-
tuandum, qualis humor, quantum, quare, quo loco, quo tempore, quo mo- Ratio
do. Docet igitur de omnibus his agere; quare in antecedenti de qualitate, in hoc inten-
verò de quantitate verba facit. Rursus, ut ostendat non esse tantum humoris va-
tionis, quantum peccat, sed infra subsistendum, si vires non suffierunt.

Dividitur Aphorismus in duas partes: in prima, veluti factum est in ante- Divi-
denti, probat clarissimo exemplo suam intentionem: conclusionem ponit in se-
cunda, atque etiam corollarium dedit.

Extrema vacuatio minimè facienda est in athletis.

Ergo nec in aliis ulla vacuatio ultra vires est facienda:

Antecedens probatur, quoniam nulla extrema vacuatio est tutæ, nam omne ni- Dema
tum naturæ inimicum, dicit Hipp. Præterea si extremè evacuantur Athletæ, stra-
educeretur simul humor peccans, & non peccans: quoniam non totus sanguis pec- Aph.
cat.

Consequens manifestè sequitur; quoniam si Athletæ, qui sunt summè pleni, ⁵¹
non sunt extremè vacuandi, eò nimis reliqui.

In altera parte deducit Hipp. extremas repletiones esse periculosas ab eodem
exemplo, siquidem summè repleti Athletæ, nisi evacuentur, periculum est,
ne repente suffocentur, aut vasis eruptis, in periculum vitæ incident.

Quod scopus, qui quantitatem respicit, seu evacuationis, seu repletionis, ¹ Ani-
adèò difficultis est, ut non possit Medicus ad unguem id determinare, sed quæm madv.
proximè per conjecturam assequitur. Ad mensuram ergo humoris vacuandi, pri- Dieta,
mò quantitas humoris consideranda, tanquam indicans, deinde virtus cum tem- & de
pore, regione, ætate, & consuetudine, quæ prohibent, aut assentient. Tan- Vet.
A 3 tum Med.

tum ergo vacuanduin, quantus est humor peccans, si vires tolerant; si verò non tolerant, quod semel fieri non potest, pluries repetendum. Cum verò à virtute summa omnium sumatur indicatio, ideo Hipp. potius per virium tolerantiam, quam per humoris quantitatem, evacuationis mensuram descripsit.

Alte- Quod extrema vacuatio periculosa dicitur, non solum si vires non tolerant; sed **2a** ani etiam si tolerant. Sed dicet aliquis, quomodo extrema vacuatio potest esse cum **anadv.** tolerantia, si talis omnis est ultra vires? Dicas, tolerantiam esse duplēm, vel **sph. 23** in actu, vel in potentia: vires igitur concidunt actu in evacuatione, quae est ad **ἀποστρίψιαν**, sed non potentia, at in ea, quae est ad syncopen, utroque modo. Primo modo conceditur vacuatio extrema, infra. Altera verò prohibetur.

3 Ani- Quod habitus corporis, dicitur firma, & stabilis ipsius constitutio, quae est in **madv.** duplice differentia, salubris scil. & insalubris. Rursus salubris, quae bona dicitur, aut est talis absolute, vel bona dicitur respectivè. Habitù ergo Athletarum non est bonus simpliciter; sed ab Athleta intentus, qui nil aliud cogitat, quam humores, & carnes adaugere, multa ciborum, & potuum ingluvie. Quamobrem, quando ad supremam illam plenitudinem devenit, periculum suffocationis, aut ruptionis imminent vasorum, nisi quis citissime evacuet per sanguinis missionem: nam inedia, frictiones, purgationes Athletis non conducunt.

4 Ani Quodd sanitas (auctore Hippocr.) consistit in proportione cibi ad laborem: quando igitur labores superant, necesse est plenitudinem fieri, quae paulatim subvercio. crescens ad summumque perveniens, in extremum deducit corpus ipsum. Athletæ igitur plus sumunt, quam consumere possint. Quamobrem paulatim vasad eo replentur, ut denique ad extremam plenitudinem deveniant; appetunt tamen **1. de** Athletæ semper & vera, & naturali fame; tūm quoniam validum habeant calidum innatum, tūm etiam quoniam vehementer exercentur; tūm quod natura numquām quiescat; ideo partes semper attrahunt; tūm, quoniam nulla potest esse adeo extensa plenitudo, quin aliquid de novo possit ingredi, homine vivente.

5 Ad- Quod extrema vacuationem describit Hipp. per vasorum concidentiam, vel compressionem; quoniam contingit vasa concidere, atque comprimi exinanita; nam videmus in his, qui inedia vexantur, contrahi venas, & carnis molem, sicut extendi in latè pransis, ac nimis repletis.

APHORISMUS IV. *Victus tenuis, atque exquisitus, &c.*

Coñe- CUM de operatione Medici, quae ad ablationem pertinet, in superioribus **xio.** actum sit, deque ipsa evacuatione, quo ad qualitatem, & quantitatem; lib. de Nunc de ratione alendi agit, quae ad adjectionem pertinet: est enim Medicina Flatib adjectio, & ablato: teste Hipp.

Intēt. Una victus species, omnibus morbis convenire non potest.

Ratio Ut diversas victus species Medicus prescribat, pro morborum diversitate.

intēt. Dividitur Aphorismus in duas partes; in prima ponit Antecedens sive conclu-

Divi- sionis; in altera verò illius probationem adducit.

fio Victus tenuis, & exquisitus, omnibus morbis non convenit.

demō- Nulla igitur victus species reperiiri potest omnibus morbis accommodata.

strat. Antecedens ponitur in prima parte textus, & in secunda probatur: hoc pacto.

Victus extremus in tenuitate, vel crassitie, est formidabilis, ac periculosis, nec convenit omnibus morbis, quoniam omne nimium est naturæ inimicum.

Ergo.

Edem

Eadem ratione tenuis exquisitè, cum ratione peracuti morbi sit extremus ad plenitudinem: ratione longi ad tenuitatem, periculosus est, & propterea minimè omnibus morbis convenit.

Consequentia probatur, quia victus tenuis exquisitè, medius est inter species victus tenuis; Ergo si ille non competit omnibus morbis, neque etiam alia species victus.

Quod morbus multis habet differentias, inter quas ea, quæ ad tempus spectat, i. Ani. vel ut nostro instituto accommodata, expendetur. Est ergo omnis morbus, vel mad. longus, vel brevis. Brevis est morbus, qui 40. diebus terminatur, ultra quos i. Ac. longus appellatur. Rursus brevis, vel est sine periculo, ut Ephemera; vel cum periculo, & acutus dicitur, ut pleuritis, pulmonia, phrenitis, febris ardens, quemadmodum testatur Hipp. Rursus acutus, vel est quatuor dierum terminabilis, qui est exactè peracutus; vel septem, ut peracutus simpliciter; vel intrà quatuordecim, ut acutus simpliciter, vel ad viginti dies, & dicitur acutus non simpliciter, vel ad 40. qui est acutus ex accidentia.

Quod quemadmodum plures sunt morbi species, ita etiam plures sunt victus Altera species, penes majorem, vel minorem reficientiam; nam alimentum vel valde adnot. reficit, & dicitur plenum: vel mediocriter, & dicitur medium: vel parum, & dicitur tenue. Primum sanis competit, ut caro vituli, aut vervecis, aut vina grandia. Alterum verò corporibus neutrīs, ut senibus, & convalescentibus, & morbis longis, veluti est caro pulli, vina mediocria. Tertium acutis competit Lib. de morbis, cuius adhuc plures sunt species: nam vel manditur, & dicitur cibus, ut veteri mica panis jure intincta, & tota ptisana; vel sorbetur, ut succus ptisanæ, vel bi- Med. bitur, ut meliceratum; vel denique nihil assumitur, quod est inedia.

Quod alendi ratio (teste Hipp.) eadem est, & in sanis, & in ægris: quoniam 3 Ani. utrisque propter sanitatem est inventa: quippe in sanis cum non possent superare madv. ferinum, ut carnes crudas, vel Hordeum: coacti sunt eum victum ad temperiem Lib. de redigere, ut ab humana natura superari posset; cum verò ægri superare non pos- veteri sent sanorum victum, ad cibos per quam debiles devenerunt. Cum verò, nec hos Med. aliqui ex ægris superarent, sorbitiones; si verò nec has, potus, vel denique ex- tremani inedia. Quatuor itaque sunt victus tenuis species; cibus, ut tota ptisana; sorbitio, ut ejus succus; potus, ut mulsa, atque inedia. Prima dicitur victus non exquisitè tenuis competens morbis acutis terminabilibus ultra 14. dies. Altera dicitur tenuis exquisita, morbis acutis simpliciter accommodata. Tertia dicitur tenuissima non exquisitè, peracutis non exactè conveniens. Quarta tenui- sima exactè, peracutorum morborum exactè propria. Ex quibus mens Hippocr. declaratur; nam sorbitio, quæ dicitur exquisitè tenuis victus, non competit om- nibus morbis, sed tantummodo morbis exquisitè acutis, nam in longis extremè tenuis est, & in acutis ex accidentia: in peracutis simpliciter: extremè plena ut verò istas differentias percipiās, tūm morborum, tūm etiam victuum, tabulam subscriptissimus.

	Brevis, qui terminatur intra dies 40.	Sine periculo, ut <i>Ephemera</i> !	4. dierum, qui dicitur <i>peracutus exactè</i> .
morbus		cum periculo, qui dicitur <i>acutus</i> .	7. dierum, <i>peracutus non exactè</i> : 14. dierum, qui dicitur <i>acutus exactè</i> .
	Longus, qui transit 40 dies.		20. dierum, qui dicitur <i>acutus non exactè</i> .
		40. dierum, qui dicitur <i>acutus ex dincidentia</i> ,	
	Plemus, qui vires auget, convenitque sanis corporibus, ut	Caro, castrati, vituli, suis, vina granaria.	Tenuissimus exactè, qui competit acutis exactè 4. dierum ut Inedia inedia.
Victus	Medius, qui vires conservat, competitq; morbis longis, ut caro.	avium, pisiculorum: Vina mediocria.	Tenuissimus non exactè convenit peracutis non exactè 7. dierum, Potus ut Melicratum.
	Tenuis qui vires imminutas servat.		Tenuis exquisitè, convenit exquisitè acutis 14. dierum, ut succus ptisanæ. Sorbitio ptisanæ.
			Tenuis non exquisitè, competit morbis 20. dierum acutis non exquisitè, ut tota ptisanæ. Cibus

4. Ani-
madv. Quod Antiqui (ut refert Hipp. 1. Acut.) maximè peccabant, quoniam una vietus species utebantur in omnibus morbis, quos hic reprehendit, diversam vietus rationem statuens, secundum diversas morborum species.

5. Ad-
notat. Quod vietus tenuis definitur à Gal. qui vires imminuat, non quod revera sit aliquis vietus, qui vires imminuat, sed dicitur talis respectivè propter viatum plenum, & mediocrem: dicitur autem vietus tenuis tribus modis; specie, quantitate, ac numero, de quibus omnibus loquitur Hipp. sed præcipue de tenuitate secundum speciem; sunt enim vietus tenuis species quatuor, Cibus, Sorbitio, Potus, Inedia. Notat tamen Gal. quantitatem vietus aliquando variare speciem, ut si succus ptisanæ in pauca quantitate detur (cum alioquin dicatur vietus tenuis exquisitè) vim habet melicrati, quod ad viatum non exactè tenuissimum pertinet.

Quod inter cætera alimenta, morbis acutis accommodata, extollit Hipp. ipsam ptisanam, qua quidem non solum utitur in ægris: sed in exemplis ubique de vita

victu tenui loquitur, dicitur autem ptisana à pinsendo, seu decorticando, quo 6. Ad
niam frumenta ad ipsius confectionem trita, & decorticata assumebantur, quæ nota-
licet ex variis frumentis, ut Oriza, Chondro, Tritico, Lente, & Hordeo,
antiquitus fiebat: optima tamen, & celebratissima ex Hordeo conficitur. Mo-
dus autem conficiendi talis est. Grana optimi Hordei in aqua infunduntur, de-
inde aqua calefacta, extrahuntur, & leviter in mortario trita, fricantur, ac de-
corticantur; inde exsiccantur. Hoc hordeum ita præparatum, cruda ptisana di-
citur. Coctaverò, ita communiter fieri solet, Rec. hujus crudæ ptisanæ libram ptisa-
nam, aquæ optimæ libras 30. infunde per 24. horas, inde coquito usque ad totius nam;
aquæ consumptionem: sic, ut grana hordei in congeriem unam coeant quæ con-
geries ita parata tota, seu granosa dicitur ptisana, cibus tenuis non exquisitè acu-
tis morbis accommodatus, qui transeunt dies 14. Ex hac ptisana secundum majo-
rem, vel minorem expressionem succus extrahitur, victus nimirum exquisitè te-
tenuis, morbis exquisitè acutis accommodatus.

Quod in exhibenda ipsa ptisana, vel ipsius succo Hipp. multa observat; pri-
mum, ut ex optimo hordeo sit facta, & quam maximè cocta, deinde, ut non de-
tur illis, quibus adhuc in stomacho cibus inclusus est, sed expectandum, quod ad
infernas partes descendat; Tertiò, quando siccior est morbus, quam convenit, 7. Ad+
seu crudior; nam in pleuritide si dolor sit magnus, sputum incocatum, difficultas
spirandi, si quis, non facta priùs evacuatione, ptisanam dederit ægrum præcipi-
tem in mortem aget. notat. racut.

Quod Medicus triplici potissimum utitur remediorum genere, Diæta, Phar-
macia, & Chirurgia; per duo ultima manifestè vel juvat, vel nocet; at per Diæ-
tam non appetet, tamen re ipsa magis per Diætam operatur, quam per reliqua
duo, cum magnam facultatem habeat sanandi, debilitandi, & occidendi. 8Ani-
madv. facut. Lib.de de vet

Quod Hipp. vituperat victus rationes extremas, ut periculosas, & maximè medie-
fugiendas, quamvis aliquando conducant, ut dicemus. Proinde Prodicum ac-
cusat, quippe qui febricitantes inedia, & exercitio necabit; nec non Medicos 9Ani-
illos Diatribarios, qui per tres dies omni cibo abstemios servabant ægros: est e-
nim tenuitas extrema hæc vivendi ratio. Ea ratione reprehendit Petrona, & racut.
ejus sequaces, qui Carne, ac vino ægros saturabant, novo quodam & inusitato
curandi genere.

Quod ea fuit mens Hipp. in acutis morbis nutrientis, ut magis laudaverit Me- x Ani-
dicos, qui ad tenuorem, quam eos, qui ad plenorem declinabant, quoniam madv.
major est in illis indicatio, quæ sumitur à morbo ad paucitatem, quam à viribus
ad conseruationem, ac proinde major comittatur error peccando ad plenorem,
quam ad tenuorem victum,

APHORISMUS V. In tenui victu agri delinquunt, quo fit &c.

CUM in precedenti Aphorismo de ratione alendi ægros, secundum diversas Con-
morborum species egisset, nec posse unam victus speciem, qualis est tenuis nexo.
exquisitè, omnibus morbis competere: nunc preceptum ad eum victum pertinens
docet, admodum necessarium.

Quod tenuior est victus ratio, eo magis est periculosa.

Ut magnopere animadvertis Medicus in victus ratione tenuiore, & eò magis, Ratio
quod victus tenuior fuerit, quoniam errata, quæ in tali victu consistunt, magni intet.
sunt momenti, ut ægrum perdere possint primo acutorum.

Dividitur Aphorismus in tres partes, in prima, & secunda probatur conclusio Divi-
secundum diversas partes. In ultima parte conclusionem ponit intentam. sio.

Victus

Demō *Victus* eo est periculosior, quò majorem præbet peccandi occasionem, & peccat. *catum commissum* gravius est.

Sed quò tenuior fuerit *victus ratio*, majorem dat peccandi occasionem, & peccatum gravius.

Quò igitur tenuior fuerit *victus*, magis periculosus.

Major est manifesta. *Minor* verò probatur in prima textus parte, hac ratione; *Lib. de arte.* quoniam quò tenuius alitur æger, eo major fit mutatio, ergo major peccandi occasio, & propterea magis lèduntur; quia magis peccant. Quia de re scripsit Hipp. ægros morbi plenos, ciborum inanes, potius, quæ in morbo grata sunt, quam quæ sanitatem faciunt, appetere. Huc accedit, quòd morbus, quanto tenuiorem victum desiderat, tanto est vehementior; ideo peccata graviora.

In altera textus parte exemplo sanorum, eandem conclusionem probat, sic, *Sani*, quò exquisitiū vivunt, difficilius errata ferunt, quia debiliores ego & ægri: valet Argumentum, cuius sani sunt fortiores, ægri veò debiliores: nam qua ratione se habent sani debiles ad sanos robustos, se habent ægri ad sanos, præcipue morbis acutis laborantes, in quibus, quam grave sit peccatum, nautarum exemplo, declarat Hipp. nam in tranquillitate navigantes, si quid peccetur, non magnō vere lèdit: at in forti procella parvus error Navem perdit: ea ratione, & medic. in morbis, si fuerint leves, parum negotii facessunt, at ubi fuerint magni, & periculosi, acuti, jam manifesta sunt peccata, eaque gravissima.

i Ani madv Quòd duplex est vivendi genus, alterum quidem accuratum, & exquisitum, alterum vero indifferens, cum homo nullam servat *victus rationem* determinatam. *Sani* homines nullis legibus obligari debent *Celso Auctore*, ideo secundo modo vivere debent; at insalubres primo vivendi genere uti conducti; exquisitus namque *victus*, præterquamquod brevem faciat vitam, periculosus etiam est ob varios vitæ errores, per quos, si illa vivendi ratio mutetur, ferè morientur; quod de senibus scripsit, si ad juvenes compararentur. Quamobrem ad insolitum faciendum mutationem consuluit loco citato.

*Alte-
ra Ani mad.* Quòd hic Hipp. non comparat *victum* ad *victum* ea ratione, ut Medicus debeat declinare magis ad hunc, quam ad illum; sed comparat duas species *victus*, ea ratione, qua sunt minus, vel magis periculosæ, non supponens aliquem Medicus errorem, E. G. supponantur ægri duo, quorum alter potu alatur sibi convenienti; alter vero sorbitione, quæ illi conducat, utraque illis conductus: sed periculosis est prima, quam secunda, non tamen ex hoc infert, declinandum ad pleniorē, vel tenuiorem, utraque enim (ubi convenit) imperanda; sed potus magis formidabilis est, quam sorbitio, & hæc, quam Ptisana: idcirco maximè præcavendi errores Medicus, ægri, adstantium, quam tenuius alitur ægrotus.

*3. Ad notat.
lib. ac.* Quòd Medicus statim in prima die eligit *victus speciem* servandam usque ad morbi vigorem. Num itaque si errandum sit, conductus pleniorum eligere, vel tenuiorem, dico tenuorem, loquendo de morbis valde acutis, quam major est indicatio, quæ sumitur in morbo peracuto ad prohibendum, quam à viribus ad conservandum, Hipp. auctore docente conducere, ut cibus detrahatur, donec morbi vigor maturescat: quinimò longè magis peccare eum, qui cibum dat, ubi non convenit, quam illum qui negat, ubi convenit, dixit tamen plerumque tenuorem *victus speciem* eligendam, quoniam aliquando contingit ob virium infirmitatem pleniorum eligere.

APHORISMUS VI. Extremis morbis, extrema remedia &c.

CUM Hipp. in præcedentibus Aphor. extremam evacuationem, & repletionem periculosis esse statuerit, in præsenti Aphor. præceptum tradit, ad extrema auxilia spectans, maximè utile, ac necessarium.

Con-
nexio.

Extremis morbis, extrema remedia optima sunt.

Ne putaret aliquis, idcirco non esse obeunda extrema remedia, quoniam dictum est superius esse periculosa, & ut illos reprehendat, qui semper à leviori- bus auxiliis inchoandam esse curationem contendunt.

Intēt.
Ratio
intēt.

Brevitas aphorismi divisionem non admittit.

Remedium debet esse æquale morbo.

Sed extremo morbo æquale est remedium extrellum. Ergo

Divi-
sio.

Extremo morbo remedium extrellum adhibere convenit.

Major, atque minor adeò sunt claræ, ut probatione nulla indigant.

Demd
strat.

Quod morbus extremus duplex est, vel actu talis, vel potentia. Extremus aetu, est peracutus morbus; potentia verò extrellum triplex est. Primus quando materia turget; secundus quando timor est, ut superveniat magnus morbus, veluti in Athletis ad summum plenis; tertius principio sanabile, in fine verò nequaquam, & suppurati dum vires valent sectione sanabiles; cum verò debiles, nequaquam. De omnibus his morbis vera est allata sententia.

1. Ad-
nota.

Quod extrellum remedium, alterum est propriè extrellum, ut inedia in vita, sanguinis missio ad **Ezardijugum** purgatio vehementissima: alterum est impropriè extrellum, quod quidem magnum, ac generosum dicitur, ut sanguinis missio, aut purgatio eradicans. Haec remedia dicuntur extrema, quamvis re ipsa non sint; quoniam aliquando sortiuntur vim extrelii remedii, veluti sanguinis missio, etiam non extrema in Apoplectico salutein, vel mortem affert, & Hamoptoico eodem modo. Magna igitur remedia, magnis morbis: extremaque extremitate convenientiunt.

Quod licet ex doctrina Hipp. exemplis manifestare hanc sententiam: nam in peracuto morbo statim extrellum victum præcipit in sequenti Aphorismo. Exemplum habes etiam, adhibens frigidæ aquæ magnam perfusionem in distentione, dummodo sit in juvene carnosø aestateque media ad caloris revocationem, quod pertinet ad Pharinçiam, nunc ex doctrina Hipp. ad lipotimiam purgandum. In **Chirurgia** sanguis eo usque mittitur, idque maximè in magnis inflammationibus, quales sunt pleuritides magnæ, dolore ad claviculam attingente, virtute constanti.

3 Ani-
madv.

Quod per extrema remedia curantur morbi non solum magni, & extrelii, sed maligni: quare in pestilentibus febribus Medici hac nostra tempestate aquas, & Olea, quæ vim ignis habent, adhibent, seu intus sumpta, seu extra admota: per cuius aliquando, quasi ab inferis revocant ægros, & aliquando mittunt: sed ex sententia Galeni, ubi unica vitæ spes est, eaque sola; præstat magis adversus pericula ire, quam certò moriturum derelinquere, & ex Celsio melius est anceps experiri remedium, quam nullum: id, quod perpetuo servat Hippocr. dum fecat, & adurit suppuratos, lienosos, hepaticos, hydroscopicos, aliosque hujus generis morbos curat.

5 Aph.

Quod multa sunt genera magnorum remediorum, quibus morbi pertinaces pelluntur. Primum pertinet ad cibos, & potus medicatos, quales sunt ligni gujici, chinæ, sarsæ, cum extenuanti viatus ratione. Alterum genus pertinet ad frequentes

21 huju-

22

Ani-
madv.

frequentes evacuationes. Tertium ad Alexipharmacum, seu magna antidota, quale est Mithridatum, Theriaca. Quartum per olea, & aquas distillatas, & mineralia, ut aqua, quæ vulgo dicitur, *Acqua de Petechie*, quas *E'caris magra* Gr. vocant. Olea contra venena vocata, & inter mineralia Antimonium, quod ex sententia Theophrasti, atque experientia comprobatum est curare quartanarios, infanos, melancholicos, hydropticos: ejusque generis morbos longos, ac pessimos. Quintum genus pertinet ad ignem, quo tanquam præstantissimo, modo in fungo, modo in ligno, modo in ferro utitur Hipp. ad intemperies frigidas tollendas, caloremque nativum restituendum, ut in Ischiaticis, Apoplecticis, Epilepticis. Sextum genus, mutatio regionis, nam Hipp. teste 6. Epidem. in longis morbis terram mutare optimum est. Septimum genus per Balnea fit, quæ medicata dicuntur.

Sect. 5 6. Ad- Quid ubi necessitas non urget, curatio semper inchoanda à debilioribus; tūm, notat. ut natura paulatim assuefacta ad mutationem, magna postea remedia sufferat; 3. aph. tūm etiam ne, si contingat error (quod plerumque fit) nimis noceamus. Sed 52 dicet aliquis, si remedia debent esse æqualia, quomodo à debilioribus inchoandum? Respondeatur, quod æquale duplex, vel gradu, quod semel adhibitum, morbum tollit, vel numero, quod pluries adhibitum, morbum tollit; potest ergo remedium esse debile gradu, sed æquale numero; nam regula illa, quod curatio: fiat per æqualia intelligenda est, nisi quid prohibeat, quoniam aliquando propter vires, minus quam decet vacuandum, aliquando magis, ob futuri morbi timorem.

7. adn. Quid morbus extremus dicitur ab Hipp. non ille, qui naturam vineat, sed qui cum ea validè conflictet, & cum periculo, aliquam tamen Medico spem salutis affert; quoniam, in quibus natura omnino victa est, manus auxiliares negat Lib. de Medicus; ne (referente Galeno) infamenti remedia, quæ quidem aliis auxilio fuere. Ceterum desperatus morbus duplex est, vel, qui necessariò occidit, Arte in quo nihil præstat Medicus, vel ex illis est, qui licet pleruque occidunt; alii meth. quando tamen præter spem sanantur, in quibus non licet ægrotantes deserere, sed licet auxilia experiri etiam magna, at cum protestatione adstantium. Hoc consilium secutus Galenus, febrem Hecticam in tertia specie Balneo curare tentavit.

APHORISMUS VII. Cum itaque morbus peracutus est, &c.

Coo- **C**UM in 4. Aph. præcedenti, unam victus speciem non posse omnibus morbis convenire statuisset, sed varias, prout morbi evariant; nunc particularem cuiusque speciei applicationem explanare intendit, ab uno extremo morbo tamquam regulam, cætera desumens.

Intēt. Duas habet conclusiones, prima in morbo peracuto tenuissimo victu uti oportet: altera verò, quo morbus magis distat ab illo extremo, plenior eo convenient victus species.

Ratio Quoniam non sufficit dicere unam victus speciem, qualis est exquisitè tenuis; **intēt.** omnibus acutis non convenire, quod factum est in 4. Aph. sed assignare oportet, quæ nam victus species cuique morbo competat, quod hic facit Hipp.

I. De- Dividitur Aph. in 2. partes; in quarum altera primam victus speciem constituit, **moni** morbo extremo convenientem, à qua tanquam à norma in altera parte reliquas constituit species, secundum varias acutorum classes magis, & minus distantes.

Prima conclusio sic deducitur.

Morbus extremus, tenuissimum victum requirit.

Peracutus

Paracutus morbus est **extremus**.

Ergo

Tenuissimum vi^tcum exposcit.

Major est a, horismus superior. Minor probatur in textu, cum enim peracutus morbus extremos statim habeat labores, extremus merito dicitur.

Morbus extremus inedia requirit.

Tot igitur gradus faciendi vi^tcus, quo secundum magis, & minus sunt species acutorum morborum.

Antecedens supra probatum est. Consequens deducitur, quia morbus vi^tcum respuit; ideo quo fuerit minus extremus, minus respuit, ideo plenior vi^tcus species illi debetur, quo magis ab extremo distat: sed quatuor sunt morborum classes; secundum magis, & minus distantes ab illo extremo; quatuor igitur tenuis vi^tcus species illis debentur: extremus est quatuor dierum, illi inedia convenit, primus ab hoc septem dierum, illi convenit Potus. Alter ab hoc 14. dierum, cui Sorbitio. Tertius 20. dierum, cui Ptisana. Quartus 40. dierum, cui Cibus competit solidior.

Quod ratio alendi ægros, in morbis acutis, duplum habet respectum; alterum ad speciem morbi vi^tcus speciem variante; alterum vero ad morbi vigorem notat. secundum universalia tempora ipsius: de primo loquitur in presenti aphorismo, de altero ve^rò in sequentibus, usque ad decimum.

Quod unus, & idem morbus pro diversitate causarum potest fieri magis, & minus acutus. id Anginæ exemplo manifestat Hipp. quæ enim plurimum dolorem interfert, nullo in fauibus apparente tumore, eodem die strangulat, 3. acut. 4. Hec adv. 1. Ad igitur erit extrema idem inedia requirit. Quæ vero similem dolorem priori exhibet, sed attollit, & in fauibus ruborem efficit, longior, sed nihilominus lethalis. Hæc alteram facit speciem, in qua potus solùm convenit, ut melicitatum. At Anginæ, in quibus cervix, & pectus simul rubent, hæc diurniores sunt, & ex ipsis patientes evadunt, nisi eripelas intio recurrat. Hæc est 3. species Anginæ, in qua sorbitio competit, ut succus Ptisane. Ex his clara, & aperta sunt, quæ dicit Hipp. in Aphorismo; nam in prima Anginæ specie, ut extrema, ac peracuta, tenuissimo vi^tcu^m utendum est: cum vero talis non fuerit, tantum evariare speciem vi^tcus oportet, quantum ab extrema distat magis.

Quod cum dicit peracutum morbum statim labores habere extremos, vox illa *statim*, An- spaciun vel quatuor dierum significat, talis enim peracutus exactè dicitur, quippe vel à prima invasione humore affigit delirio, vigilia, anxietudine, rigore, spirandi difficultate, so ore, inquietudine, siti, convulsione, unde formidabilis est.

Quod morbus acutus est in triplici differentiatione, ratione cause, à qua nascitur; vel plenitudine, & *excellencia*, vel à malignitate, & corruptione; vel à resolutione: sententia Aphor. in de prima specie intelligenda est, non autem de secunda, vel tertia; quia cum morbus oritur a vehementi putredine, qualis febris est pestilens, pleniorum exposcit vivendi rationem, tum propter vires, quæ in ea resolvuntur abunde, tum ob temperiem, & corruptionem putredinis: nec minus nutrire convenient in morbo per resolutionem facto, qualis est febris colliquans.

APHORISMUS VIII. Cum morbus in suo vigore consistit &c.

CUM in superiori Aphorismo de forma alendi ægros tractaverit secundum va- triis morborum species; Nunc in eo leui morbo secundum diversa tempora Con- candum vi^tcus formum instituit, & quem ilmo luni supra unum extremum inter acutos morbos, tanquam reliquorum normam accipit; ita & hic morbi vigorem, tanquam regulam ad reliqua morbi tempora assumit.

In morbi vigore tenuissimè alere oportet.

Intē- Ut quemadmodum varianda est species victus, secundum varias, morbi species;
tio. ita secundum morbi tempora, atque in vigore morbi tenuissimè alendum; quo-
Ratio niam non uniformiter à principio morbi usque ad finem ægros nutrire convenit.

intén. Brevitas Aphorismi divisionem non admittit.

tionis. Quo tempore summi sunt labores, & naturæ maximè coctioni incumbit; te-
Divi- nissimè alere oportet.

sio. Sed in vigore morbi maximi sunt labores, & maximè natura coctionem iaten-
Demō dit.

Ergo.

In vigore morbi tenuissimè alere convenit.

Major est, Aphorismus præcedens; nam ideo in peracuto tenuissimè alendum,
 quoniam extremos habet labores; præterea, quando natura coctioni incumbit
 non est revocandus ab opere per cibos.

Minor demonstratur, vel ex ipso vigoris nomine, tunc enim viget morbus,
 cum summa sunt omnia, in statu quoque naturam maximè coctioni esse intentam,
 patet ex signis coctionis, que eo tempore manifestiora sunt, quam antea.

i. Ad- Quod morbus omnis habet vicissitudinem, seu ætatem, quam tempus dicimus,
nota- secundum variationes, quas facit. Duplex autem est variatio, secundum dupli-
tio. cem morborum progressum, altera penes coctionem, & cruditatem; altera vero
 penes morbi motum. Prima quatuor constituit tempora; principium, in quo im-
 manifesta est coctio; augmentum, in quo manifesta; status, in quo perfecta,
 & declinatio quæ quidem evacuationem sequitur. Variatio autem penes motum
 tria tantum facit tempora, principium, statum, & finem.

Alte- Quod tempora quatuor coctionis, atque cruditatis non est necesse in omni mor-
 bo reperiri: nam morbus mortal is non habet declinationem; sanabilis vero potest
 mady. carere augmento, & statu evacuata in principio materia opere Medici, sed dici-
 tur Morbus iste hæc quatuor habere tempora, si sanabilis, nisi aliquid impedit;
 tempus vero secundo modo consideratum necessarium habet omnis morbus, quo-
 niam necesse est habere principium, statum, atque finem.

3 Ani- Quod vigor morbi duplex Medicis consideratur; vel secundum symptomata,
 mady. vel penes coctionem, quæ duo tempora aliquando coincidunt, aliquando autem
 separantur; coincidunt, quando morbus reservat totam suam materiam, ad uni-
 cam expulsionem, quæ crisis est; separantur in morbis, qui paulatim solvuntur,
 sicuti in pleuriti de, residuante paulatim materia, in quibus symptomatum vigor
 ferre est à principio. Cum itaque dicit Hipp. tenuissimè alendum in vigore, intelli-
 git de vigor symptomatum; nam hic vigor, ubi separatur à coctionis vigore,
 magis prohibet alimentum, quia non solum eo tempore natura maxime cum
 morbo pugnat, quod in coctionis vigore accidit, sed alimentum corrumpt.

4 Ani- Quod tenuissimus victus dupliciter intelligi potest; absolute, ut inedia, vel
 mady. respectivè ad reliqua morbi tempora; utroque modo dici potest, quoniam vigor
 morbi acuti peracutus est, ideo vel inediā, vel potum solum in eo convenire
 decet.

5. Ad Quod fieri potest, ut morbus in principio magis affligat, & majora edat sym-
 ptomata, quam in statu, quia in principio adiunt cruditatis symptomata, quæ
 majorem vim habent, quam ea, quæ in statu coctionis excitantur, & præcipue
 quando morbus paulatim solvit, ut in pleurite, & tunc statim à principio te-
 nuissimè alendum.

APHORISMUS IX. Coniectari itaque oportet &c.

CUM de ratione alendi ægros penes speciem, ac tempus morbi in superioribus egerit: in præsenti modò Aphorismo, à virtute sumit indicationes: quippe quæ primum locum in constituenda viætus ratione teneat.

Con-
nexio.

In constituenda viætus ratione coniectari oportet, an viætus possit permanere usque ad morbi vigorem?

Quia dictum est in præcedentibus variandam esse viætus speciem, pro diversa morbi acutis specie, ita ut acuto quatuor dierum, inedia; septem verò dierum melicratum, quatuordecim autem sorbitio danda esset: quod cum plerumq; servandum sit, aliquando tamen plenius nutriendum, quam morbi modus requirat, ob timorem, ne virtus perdurare possit cum illa, ad vigorem usque morbi.

Quoniam totus Aphorismus unica est conclusio, licet multis verbis prolatæ, idcirco indivisum relinquimus.

Illa viætus ratio in morbis est constituenda, cum qua virtus perdurare possit ad morbi vigorem.

Divi-
sio.
demo-
strat.

Sed hoc fieri non potest, nisi facta coniectura ipsius virtutis ad tale tempus.

Ergo.

Instituenti viætus rationem in ægris coniectari oportet, an virtus possit perdurare ad morbi vigorem?

Major propositio ideo probatur, quoniam, nisi virtus perseveraret ad statum morbi, oppimeretur à laboribus, quippe qui eo tempore contingunt, nec morbum, superare posset. Minor est manifesta, quia Medicus non potest instituere formam viætus cum qua perseveret virtus ad morbi vigorem validæ, nisi facta illa coniectura, quam diximus.

Quod Medicina non in omnibus habet æqualem certitudinem, idcirco quædam in ea docentur scientificè, alia verò artificiosa quadam coniectura, quæ quidem media est inter scientiam, atque ignorantiam, alia verò simplici coniectura, quæ magis ad ignorantiam accedit. Judicium itaque, quod fit de duratione virtutis usque ad morbi vigorem, non potest scientificè assequi, nisi per coniecturam, quæ tamen ad scientiam accedit. Quare Hipp. ad hanc cognitionem in Aphorismo præcipit coniectura utendum esse, & propterea Medicina dicitur Ars coniecturalis, quoniam in pluribus coniectura utitur: quæ quidem coniectura cum potius sit ex parte operantis, quam ipsius artis, Ideo rectè dixit Alexander, Medicinam in se quidem consideratam immutabilem esse, & scientiam verè nuncupari posse. quamvis ad opus redacta coniecturalis fiat, & incerta.

1. Ad-
notat.

Quod duplex sumit coniectura virtutis ad morbi vigorem, altera à præsenti, & antecedenti robore, altera verò à variatione, quæ fit ipsius virtutis progredientis à principio ad vigorem. Primum indicium sumit ab operationibus ipsius ægri robustis, in pulsu, ac respiratione vitalis, in motu, & sensu animalis. Alterum indicium sumit à morbi duratione, ideoque duplē indicacionem sumpfit Hipp. nutriendi ægros, alteram à virtute, alteram autem à morbo, quamvis utraque à virtute sumatur, vel præsente, vel variante pro duratione.

Alte-
ra ani-
madv.

Quod virtutis debilitas, quædam est ad apparentiam, quædam verò ad existentiam: prima provenit à vi morbi, altera autem ob resolutionem. Utraque debilitas duplex est aut cum permanentia, aut cum concidentia, ut in *λεπτοδυνίᾳ*, & syncopi: virtus debilis per oppressionem cum permanentia, non solum in diem requirit, sed etiam vacuationem. Cum concidentia easdem habet intentiones, aliquando

3 Ani-
madv.

aliquando tamen non vacuamus ob timorem majoris mali, & nutrimus vino propter virtutem, ut in syncopi, quæ quidem ex humoribus crudis gignitur; virtus debilis propter resolutionem, victum requirit, nullam verò evacuationem, quo-
s. Acu- cunque modo debilis fuerit. Hinc sit, ut exclamat Hipp. adversus Medicos, qui æ-
torū grorum debilitates non cognoscunt, quæ sunt propter virium oppressionem ob morbi vehementiam, & quæ ob vasorum vacuationem, cum isthac cognitio salu-
tem, aut mortem afferat.

4. Ani- Quod in sanis robur indicat ciborum additionem, debilitas verò ablationem;
madv. unde in mutatione, quæ est ad robur, cibos addere, in ea verò, quæ ad debili-
z. acut. tam, adimere necessarium putat Hipp. at in morbis contrarium evenit, quo enim robustior fuerit virtus, minus de cibo dandum, quo debilior, magis, loquendo de vera debilitate; quia nos non alimus ægros acuto morbo laborantes, penes exi-
gentiam, sed quantum virtus possit perdurare valida usque ad morbi vigorem.

5. Ani- Quod virtutis perdurationem intelligit Hipp. usque ad vigorem morbi, ita, ut
madv. eo tempore sit morbo superior, quamvis virtus respectu sui in principio sit debilior, respectu tamen morbi robustior, nam quo magis pugnat contra morbum, eò de-
bilior evadit, sed interim & ipse morbus melius disponitur. Hinc sit, ut omnis morbus salubris à principio sit malignior, benignior verò, quo magis progreditur, abeuntibus cruditatis symptomatibus, licet coctionis sint majora.

APHORISMUS X. *Quibus itaque vigor statim futurus, &c.*

Con- **C**UM de forma victus hactenus egerit, indicatione sumpta à morbi specie, &
nexio. illius temporibus, nec non à virtute, in præsenti modo Aphorismo de mu-
tatione victus agit, quæ sit in uno, eodemque morbo.

Inten- Duas proponit conclusiones, prima est hujusmodi; morbi, in quibus status sta-
tio. tim futurus est, nullam requirit victus mutationem. Altera, cum morbi vigor, ultrà quartum diem differtur, mutationem requirit ipsius victus à pleniori ad mi-
nus tenuem.

Ratio Ut doceat, quomodo fieri debeat mutatio victus in uno, eodemque morbo, &
inten- reprehendat Medicos Diatribarios, quippe qui per tres dies à morbo inedia in-
tiationis perabant, inde cibos exhibebant in vigore morbi, cum potius à principio victum
z. acut. offerre oportet, & removere in vigore, quod hic docetur.

Divi- Dividitur Aphorismus in duas partes, in prima ostendit, quando nulla est facien-
fio. da victus mutatio: in altera verò, quando facienda est, & quomodo fieri debeat.

Morbus, qui tenuissimum victum requirit, nullam patitur ejus mutationem.
Sed morbus, qui statim viger, tenuissimum victum requirit. Ergo
Demō Morbus, qui statim viger, nullam requirit victus mutationem.

strat. Major probatur, quoniam tenuissimus victus est inedia, ideo nullam admittit
aleri- primæ mutationem.

us con- Minor est, Aphorismus sextus, nam quibus vigor statim futurus est, hoc est,
clusio- intra quatuor dies, tenuissime alendum.

nis. **Demō** Quo tempore minor est morbus, victus plenior competit,
strat. Sed in principio minor est morbus. Ergo
z. aph. Plenius alendum à principio, quam in vigore.

Quo tempore minor est morbus, victus plenior competit,
strat. Major probatur, quia victus prohibetur à morbo. Ergo, quo minor morbus,
z. aph. magis de victu concedendum.

30. Minor probatur juxta illud, *Circaprinципia, & fines omnia imbeciliora.*
Quod Hippocrat. sumit victus formam secundum duas considerationes; prima
finitur

sumitur à virtute, in antecedenti Aph. altera verò sumitur à morbo; & hæc tri-^{1. Ante-}
pliciter, vel penes diversas morbi species, de qua quidem Aph. 4. ac 7. vel penes ^{magis},
tempora morbi, de qua Aph. 8. vel penes mutationem, quæ sit à principio ad vigo-
rem, de qua in hoc, docens non esse in morbo extremo mutandum victimum; sed
cum morbus longior est: ita tamen faciendum mutationem, ut magis à principio,
& minus in vigore detur; ideo dicit Hipp. maximè errare Medicos illos, qui ppe ^{Lacum,}
qui in primis diebus vasa vacua facientes, tunc cibos exhibebunt, quod morbus
maximè ægrum confligit. Namobrem nulla die vasa vacua fieri permittenda ju-^{1. Actu,}
bet, in quibus posterius dare convenit ptisanam, aut sorbitionem, vel potum
quoniam peccata, quæ à principio committuntur, non ita respuant medelam, ut
illa, quæ in vigore.

Quod hæc sententia, per quam magis à principio alendum docet, ita intelli-^{2. Ad-}
gendi est, ut non adsit in stomacho cruditas, quo casu expectandum est quoad ^{n.s.}
descendat; nec si adest à principio symptomatum vigor, & magna plenitudo, quo
tempore prius corpus vacuandum est, ut de lateris dolore magno sine sputo, & ad
claviculam tendente, scripsit Hipp. si quis enim, ait, cibum exhibeat non prius ^{2. Actu,}
facta vacuatione, vel venæ sectione, vel medicamento, mortem citam afferet.
Quibus in casibus à principio minus nutrire convenit, magis verò in augmento.

APHORISMUS XI. In accessionibus abstinere oportet, &c.

CUM Hipp. in antecedentibus Aph. de forma victimus tractasset, quæ cuique ^{Contra-}
morbo est conveniens, nec non de mutatione victimus in uno, eodemque morbo ^{Actu.}
facienda: In praesenti de tempore, quo cibandus est æger, pertractat, sumpta
indicatione à particulari morbi tempore.

In accessionibus abstinere à cibo oportet.

Quia non satis est cognoscere victimus species, unicuique morbo convenientes, ^{Inten-}
sed tempus in quo cibandus sit æger per singulos dies; quod sanè tempus scriptit ^{Rebus} ^{inten-}
Hipp. magnam vim habere in morbis acutis, & illis, qui periculofissimi sunt. ^{1. actu.}

Dividitur Aph. in duas partes; in prima ponit suam intentionem ^{Distribu-} forma univer-
sali; in altera verò describit eandem magis in particulari.

Quo tempore natura tristis est, & magis opprimitur, abstinere à cibo oportet. ^{Demō-}
Sed in accessione natura tristis est, & magis opprimitur. Ergo ^{strat.}
In accessione abstinere oportet.

Major declaratur; quia eo tempore non solum corrumptur alimentum: sed na-
tura distrahit à pugna, unde augentur putredines, & cruditates gignuntur.

Minor probatur ab Hipp. cùm enim per accessionem calor ad partes internas fu-^{4. Actu,}
glat, necesse est, ait, ventriculum calidum esse, multo que fastidio plenum, & pre-
cordium intentum, & corporis lactationem propter internam turbationem, & men-
tis alienationem. Quare si quis tali tempore cibum exhibeat, male per omnia pec-
caverit, ac morbum non parùm augebit.

Quod accessionis nil aliud est, quam illud morbi tempus, in quo natura magis ^{1. Ad-}
contra morbum insurgit, quod quidem particulare morbi tempus dicitur, & quem-^{n.s.}
admodum tempus universale morbi dividitur in quatuor partes secundum coctio-
nem, & cruditatem; ita etiam recessio in tot partes distribuitur secundum mo-
tum caloris distinctis, cum enim animæ instrumentum sit calidum innatum, quod
est in sanguine, & in membris; hinc fit, ut accessionis partes per motum sanguini-
s, & caloris distinguantur. Cum itaque trahitur universus ad tuos fontes, prin-
cipium est accessionis, quod Gal. divisit in invasionem, & inequalitatem; cum

verò calor iste incipit difundi, & manifestè augetur, augmentum nascitur; quando verò calor totus est extensus, vigor est accessionis; quando verò calor manifestè decrescit, declinatio dicitur.

altera anim-adv. Quod potest etiam dividì accessionis tempus in duas partes secundum aliam con siderationem, intensionem scil. & remissionem. Prima comprehendit principium, augmentum, & statum; qua significazione accipit hic accessionem Hipp. è cuius sententia describitur totum illud intensionis tempus, cum pedes frigidi sunt, & thorax calidus; è contra declinatio, dum thorax, ac venter temperatus est, & pedes sunt calidi. Quamobrem Hipp. ait, *observato febrium accessiones ut nunquam exhibeas, quando sunt, aut futurae expectantur, sed ubi desinunt, aut quietiverunt, & quam longissime principio. Cum verò pedes frigidi sunt, neque potum, neque sorbitonem, nec aliud quidquam ejusmodi dato, verum hoc maximè esse ducito, ut expeltes donec valde fuerint calefacti.*

Lib. ac. 3. Adn. Quod quemadmodum in inflammationibus natura dupliciter se habet: ita, etiam in reliquis malis; in inflammatione aliquando materiam paulatim expellit, ut in pleurite: aliquando totam reservat ad mutationem, ita etiam & in febribus natura paulatim insurgit adversus materiam: unde facit accessionem; aliquando totam reservat materiam ad unicam expulsionem, & nullam facit accessionem, ut in synocho, & causone.

4. Adn. Quod ubi morbus habet accessiones, vel habet illas evidentes, ut tertiana, quartana, quotidiana intermitentes, vel obscuras, cum sunt continuæ. Evidens accessio fit cum pulsus manifesta contractione, rigore, horrore, aut frigore evidenti: at obscura, nec necessariò habet frigus, nec pulsus contractionem: in putridis continuis adest semper manifesta contractio in invasione. Sed in hecticis, potius distenditur pulsus.

5. Ani- madv. Quod morbus, qui accessionibus caret, vel est peracutus, vel acutus: si fuerit peracutus, nil dandum est per universum morbum, si vero fuerit acutus, tunc exhibere oportet quod convenit, tempore sanitatis consueto, at si morbus habet accessiones, vel intermitit, vel non intermitit: si intermitit, cibare oportet in tempore intermissionis: si vero non intermitit, in declinatione ipsius accessionis.

6. Ani- madv. Quod triplici de causa cogitur Medicus nutritre in accessione, vel quia concidunt vires, ut in animi defectu, vel quando cibus non solum ut alimentum exhibetur, sed ut remedium, ut in febri biliosa, temperamento calido, habitu corporis graciili, & raro, qua ratione Gal. nutrit in accessione, & parùm ante illam, vel denique quando secunda accessio ita primam occupat, ut dubius sit Medicus, quo tempore cibare debeat, id vero accidit, vel quoniā secunda accessio invadit prius, quam prima declinet, aut ita excipiatur declinationem primę, ut brevitas illius non sit satis ad cibi coctionem. Primis casus morbum peracutum facit, ideo per totum illius tempus nil dare oportet. Alter veò casus inediā quoque exposit perpetuam, quod si necessitas dare cogat, in accessione cibandum, idq; quam longissime à principio, nisi augmentum, & status senviora habeant symptomata, tunc enim eligimus tempus, quo natura minus affligitur ad cibationem: Cæterū tabulam subjunximus particolare tempus cibationis depingentem.

Non habet accessiones.	Si fuerit per acutus, nil dandum,	
	Si longior, dandum tempore consueto in sanitatem.	
Morbus, vel Habet accessiones.	Cum intervallo.	Longo, & in eo cibandum.
	Sine intervallo, & tunc vel de clinatio est.	Brevi, & in declinatione dandum;
	Brevis.	Longa, & in principio ejus cibandum:
		Si vires sufferunt, nil dandum per totum morbium.
		Si non sufferunt, dandum in tempore accessionis, in quo minus affligitur natura.

Quod accessio quædam est ordinata, quæ servat tempus determinatum, ut in tertiana, quartana, & quotidiana; quædam inordinata, ut quæ nullum tempus determinatum habet. Hipp. in prima textus parte omnem comprehendit accessionem: in altera verò eam, quæ sit per circuitus, quæ ordinata est, qua non solum licet, cum adest, abstinere, sed & cum futura est, quod quidem tempus Medicus non potest cognoscere in ea, quæ sine ordine invadit: idcirco saltem accessione præsente abstineat.

7. An-
madv.

APHORISMUS XII. Accessiones, & constitutiones indicabunt, &c.

CUM in Aphorismo nono faciendam esse conjecturam moneret, an virtus *Connexio* posset perdurare a morbi vigorem, & in antecedenti considerandas accessiones, ut tūm victus species, tūm tempus cibandi cognosceremus, in præsenti modò Aphorismo docet, quomodo tūm status morbi, tūm etiam accessiones particulares deprehendi possint.

Status, ieu morbi constitutio, ejusque accessiones, ex morbo, anni tempore *Intent.* periodorum proportionibus, & signis postea apparentibus dignoscuntur.

Qioniani ex statu breviori, vel longiori victus species deprehenditur, ex accessionibus tempus cibandi manifestatur. *Ratio intent.*

Dividitur Aphorismus in duas partes; in prima ponit signa, per quæ Medicus *Diversio* universale, & particulare morbi tempus cognoscit: in altera verò, per quæ, & tempus universale morbi, & illius exitus deprehenditur.

Illa morbi constitutionem demonstrant, & illius accessiones, quæ pertinent, *Demonstratio.* vel ad naturam morbi, vel causas, vel accidentia.

Sed morbus, tempus, proportio periodi, post apparentia sunt hujusmodi:

Ergo

Ista morbi statum, & illius accessiones ostendent.

Major per se clara est, quia nil aliud est in morbis, quod ista possit indicare.

Minor declaratur, nam morbi nomine comprehendit illius essentiam: anni

tempus causa morbi est; proportio periodi, pars est ipsius morbi, post apparentia verò effectus illius.

¶ Adn. Quod constitutio hinc significat tempus universale morbi, an breve, vel longum, accessio verò, tempus particulare, quo invadit: utrumque ex specie morbi, ac differentiis deprehenditur: cum enim dico phrenitidem, anginam, pleuritidem, febrem ardentem, brevem morbum significo; cum verò podagram, arthritidem, quotidianam, quartaniam, longum: cum verò profero biliosum morbum, accessionem ad tertium, pituitosum, quotidie, melancholicum ad quartum invadere comprehendeo.

**¶ Altera anima-
dv.** Anni tempus; quoniam æstivi omnes morbi breviores sunt, sicuti hyemales longiores, quod quartanae exemplo Hipp. demonstravit. Ex temporibus etiam anni, Aëstas, tertianum paroxysmum; Autumnus, quartanum, Hyems, quotidianum; Ver, quod sanguis in eo augatur, non magis hunc, quam illum. Sed ad anni tempus reducere oportet epidemias constitutiones, regionem, vietus precedentis modum, temperiem, corporisq; habitum: nam arbitratur Gal. Hipp. ubi unum, vel alterum ex his nominat, brevitatis studio, reliqua subintelligenda esse.

**¶ Art.
m. dv.** Quod proportio paroxysmi est unius ad alterum, vel quoniam citius, corripit, aut tardius: vel quod magis, aut minus durat, vel quod magis, aut minus affligit, aut æqualiter per omnia se habeat. Si igitur secunda accessio anticipat, magis durat, & affligit, augetur morbus, & brevis erit, si eadem hora æqualiter duret, & affligit, stat morbus, & viget; ubi postponit, minus durat, & affligit, declinat. Hec verò proportio magis indicat universale tempus, quam particulaire, potest tamen, & particulaire ostendere, quoad horam invasionis. Cognita item prima accessio ex forma, ostenditur, qua die altera futura est.

**¶ Ad-
motat.** Quod signa, quæ in morbis apparent, vel necessariò, & semper morbum comitantur, & dicuntur pathognomonica, ut febris, vel tussis in pleurite, alia verò non necessariò, quæ vel pertinent ad morbi magnitudinem, vel ad coctionem, & cruditatem, vel ad crism, & perturbationem, quæ quidem omnia signa post apparentia vocat Hipp. quod plerumque post morbi principium visantur. Prima signa sub morbi specie comprehenduntur, & significant solum tempus universale, vel particulare morbi, at secunda tempus universale, & morbi eventum, vel salutarem, vel mortalem: V. G. in pleurite dolor ad claviculam, brevem, ac periculosum morbum ostendit; sputum crudum, longum, & periculosum: coctum verò brevem, ac securum. Sunt autem potentissima ad significandam coctionem, signa, quæ ab excrementis sumuntur, sputo scilicet urina, alii fece, sudore, muco. Præter haec sunt actiones vitales in pulsu, & respiratione, animales in motu, ac sensu, quæ quidem & tempus, & eventum morbi ostendunt.

APHORISMUS XIII. Jejunium senes non decrepiti ferunt facilime, &c.

**Conne-
xio.** **C**UM ad prescribendum vietus rationem non solum virtutem, & morbi modum (de quibus hactenus dictum est) considerasset Hipp. sed præter hæc, ætatem, anni tempus, consuetudinem: ideo in præsenti accedit ad ipsam ætatem. **¶ acut.** Corpora quod fuerint generationi propinquiora, minus jejunium ferunt. **Intent.** Ut ostendat, quænam ætates sint magis, vel minus reficiendæ in morbis. **Ratio
intent.** Potest dividi Aphorisma in quatuor partes, juxta quatuor ætates, quas ad invicem comparat, quamvis ex omnibus una efficiatur conclusio, supra proposita.

Corpora,

Corpora, quæ citius in famem incidunt, & ab illa magis lœduntur, difficilius ^{Denuo strat.} jejuniū ferunt.

Sed quò corpora magis propinquā sunt generationi, citius in famem incidunt, & ab illa magis lœduntur. Ergo

Corpora, quæ sunt generatiōni propinquiora, minus jejuniū ferunt.

Major est certa. Minor ostenditur, tum ex parte efficientis, tum etiam matrīcē; nam efficiens calor (ex sequente Aph.) major est illis, qui sunt ortui proximiores, corpus illis etiam magis consumitur, quia humidius, & rarius.

Quòd ætates distinguuntur secundum variationes, quæ fiunt in corpore nostro; quo tempore vivit; quæ quidem variationes cum secundum diversam considerationem plures sint, aut pauciores, ideo ætates quoque non unam divisionem fortununtur. Aliquando enim divisio fit in duas, quo pacto Hipp. in sequenti Aphor. in crescentem, & decrescentem: aliquando in quatuor, ut in hoc, pueritiam, adolescentiam, consistentiam, & senectutem; est autem Pueritia ab ortu ad feminis, vel menstruorum emissionem. Adolescentia verò ab eo tempore omne spatiū, quo homo crescit. Consistentia autem, totum illud spatiū, quo sensibiliter homo in eodem statu manet. Senectus verò, cùm declinat. Et quemadmodum quatuor sunt anni partes, quæ in plures dividī possunt, ita etiam unaquæque istarum ætatum in plures partiri potest.

Quòd duplex est temperamentum; alterum nativum, alterum verò, quod per ætates acquiritur: est enim pueritia calida, atque humida. Adolescentia verò, ^{ra Ani} temperata. Consistentia, frigida, & secca. Senectus, frigida, & humida. Quæ duplex temperies indicatur in hoc Aph. ab Hipp. ætativa, in priore parte Aphor. Naturalis verò, per ea verba, & qui vividiori sunt ingenio prædicti: quibus verbis indicat ætativum temperamentum à naturali distinguī.

Quòd ætates non certo annorum numero describi possunt: nam alii citius, alii tardius pubescunt, vigent, aut senescunt, ob varias naturas, regiones aliasve causas; nihilominus solet assignari ætatis annorum numerus, ut pueritiae 14. annus. Adolescentiæ usque ad quadragesimum, eo numero, quo utitur hic Hipp. quia continet juventutem. Consistentia ad quinquagesimum, à quo tempore Senectus incipit usque ad vitæ finem.

Quòd comparatio, quæ fit inter ætates ad ferendum jejuniū in hoc Aphoris. ^{4 Ani-} vel potest fieri in eodem homine, ut Petrus minus ferat jejuniū Puer, quam Adolescens, & Adolescentis, quam consistens; vel potest fieri comparatio ad diversos homines, ut Petrus magis ferat Jejunium Puer, quam Paulus adolescens Hipp. intelligit facta comparatione in uno, eodemq; homine, quia non esse vera sententia comparativè facta ad diversos, quoniam fieri potest, ut Petrus puer magis ferat jejuniū, quam Paulo juvenis, non ratione ætatis, sed temperamenti nativi.

Quòd senectus duplex est; altera prima, quæ cruda dicitur; altera ultima, ^{5. Ad} quæ iecrepita. Rarissimus, ferre jejuniū, vel intelligitur quòd tardius quispiam famescat, vel quòd cibi paucitatem ferrat. Primo modo accepto jejunio, primi senes facile jejuniū ferunt; secundo modo ultimi, quoniam ætas ultima paucum admodum assimilat cibum; ideo citius in famem incidit. Quare decrepiti parum, & saxe sunt nutriendi.

APHORISMUS XIV. Qui crescunt, plurimum habent, &c.

CUM in superiori Aph. Hipp. statueret magis esse reficienda corpora, quo propinquiora sunt generationi; In hoc causam affert, ita, ut respectus hujus Aph. ad superiorem sit causa ad effectum,

- Intēt.** Eadem est, quæ in superiori Aph. qui crescunt plus nutriendi sunt.
Ratio Eadem, quæ in superiori, ut magis in morbis nutriamus crescentes, quam
intēt. decrecentes.
Divi- Dividitur Aph. in duas partes, in quarum prima ponitur intentio, & causa in-
sio tentionis; in altera vero è signo probat assumptum.
demō- Qui plurimo abundant innato calore, plurimo egent alimento.
krat. Qui crescunt, plurimo abundant calore innato. Ergo
 Qui crescunt, uberioris nutriendi.
 Major ab Hipp. probatur, quoniam nisi cibus præstò adsit, in his, qui mul-
 tum habent innatum calorem, corpus consumitur.
 Minor à signo probatur, quoniam, qui crescunt, febribus acutis magis, &
 facilius corripuntur, non item senes, quod in illis calor abundet; in his vero de-
 ficiat.
- 1. Ad-** Quòd duplex est calidum in nobis, alterum quidem in membrorum substantia,
notat. quod radicale dicitur, & primogenitum, omniumque operationum causa, alte-
 rum elementare, ex temperie alimentorum conflatum, quod primum illum calo-
 rem excitat. Quòd igitur corpus generationi propinquius est, magis habet de pri-
 mo illo calore, seu humido. Ratio est; quia minus est esiccatum: ideo plures
 etiam operations facit, in utero format, nutrit, auget. Extra uterum vero (dum
 crescit homo) nutrit, & auget: cum autem decrevit, nutrit solum. At major
 est calor, qui plures edit operations.
- altera** Quòd calidum illud innatum primum, seu portio ignis cælestis concurrevit cum
ani- reliquis elementis ad nostri corporis generationem. Hujusmodi calidum in semine
madv. latitans spiritum gignit tanquam suæ operationis instrumentum. Formato homi-
lib. de ne, maxima pars ejus in corde remansit, nec non in singulis membris sua quæque
natur. portio fixa, per quam vivunt, & dicitur calidum fixum, imprimitur quoque in
Pueri. sanguine calor, & in membris à Corde, quod dicitur influens, quare factum est,
 ut calorem innatum, & in semine, & in spiritu, & in membris, & in sanguine
 ponant Medicis: est enim in semine, & spiritu illius, & sanguine menstruo, tan-
 quam in principio, in Corde, ut in fonte, in sanguine, ut in pabulo.
- 3. Ad-** Quòd sanguis, teste Hipp. in se non est calidus, sed calefit à membris, quam
notat. sententiam recipit Arist. scribens, calidum esse sanguinem non suo calore, sed ex-
Lib. de traneo, simpliciter autem non esse magis calidum, quam frigidum, est enim
 Corde succus alimenti, qui quidem in se non ita calet, sed sumit ebullientem calorem ex
2. de Corde, & Hepate.
- part.** Quòd sanguis in nobis duplēcēm habet differentiam, quidam enim est magis
anim. crastus, & frigidior, ab Hepate prognatus, alter calidior, & tenuior, in corde
c. 2. contentus: Primum appellat Hipp. Pituitam. Alterum vero Bilem, ex quo sit,
4 Ani- quod passim affirmet, corpus nostrum ex Bile, ac Pituita constari, morbosque
madv. proinde omnes ex Pituita, & Bile gigni.
- 5. Ani-** Quòd multipliciter dici potest aliiquid calidius, substantia scil. quantitate, qua-
mad. litate, robore, & tactu. Substantia innati calidi major est in pueris, quoniam
 minus consumpta, quantitas, duplex, multitudinis, & extensionis. Pueri mul-
 titudine calidiores, extensione vero frigidiores. Qualitas duplex, una caloris
 simpliciter, ut calor est, altera, ut in ratione innati, quam mitis est. Primo modo,
 pueri minus calidi sunt, quam juvenes, altero modo calidiores. Efi-
 cacia duplex caloris, in ratione innati, per quod sanguificat, & coquit, in ra-
 tione caloris, per quod attenuat, & calefacit. Primo modo calidiores sunt Pue-
 ri. Altero vero Juvenes. Tactu, seu ad apparentiam, æqualem habent calorem
 Pueri, & Juvenes,
- Quòd.

Quod cum dicimus, Pueros magis reficiendos esse, quam Juvenes, duplice ^{6 Ani-}
habet intellectum, vel absolutè, vel in comparatione ad corpus. Primo modo madv.
falsum est, quoniam multò magis assumunt cibi Juvenes, quam Pueri. Altero mo-
do verum est, quod Pueri pro ratione sui corporis magis sunt nutriendi, quam
Juvenes.

Quod Senes minus corripi acutis morbis, quemadmodum verunt est, ita ma- ^{7 Ani-}
gis periclitari ex illis ratione esse consonant, juxta illud, minus periculosas esse mad-
xeritudo cognatas, quam dissimiles. ^{versio}

APHORISMUS XV. *Ventres hyeme, & vere natura, &c.*

CUM in præcedentibus duobus Aphorismis considerasset, prout alimentum magis, vel minus indicant: Nunc in eam considerationem anni tempus as- sumit, quippe quod in nutritione suam quoque habeat prærogativam. <sup>Conse-
xio.</sup>

Hyeme, ac vere plus nutrire oportet, quam in aliis temporibus.

Ut per illud tempus non solum sanos, sed etiam ægros magis alamus.

Aphorismus in duas partes secatur, in prima intentionem, & causa illius assignat, in altera vero à signo probat assumptum.

Quo tempore plus est in nobis innati calidi, magis nutritre oportet.

Sed hyeme, ac vere plus est in nobis innati caloris. Ergo

Hyeme, & vere magis nutritre oportet, quam in aliis temporibus.

Major probatur ab Hippocrate nisi eo tempore multum detur alimenti, corpus consumitur, calore absumente seipsum, quod indicant Athletæ, & pueri, qui non alia ratione plurimum alimenti assumunt, quam quod calido multo abundet.

Minor ostenditur, non solum ratione temporis, pellentis calorem ad viscera, r. Ad & unientis, sed ratione longissimi somni, quippe qui maximè reparat nativum notatum, calorem, à vigilia dissipatum, unde Hippocrates somnum, & cibum visceribus, veluti labore articulis, & carnibus maximè conferre statuit. Quod per ventres intellegit non solum stomachum, sed viscera omnia, quæ ipsum vallant: quamvis vere per ventres caput, thoracem, & abdomen intelligere possumus, utpote hyeme, ac verè magis calentia, necnon etiam per somnum. Quare non solum primam, sed alteram, & tertiam coctionem magis perfici dicimus per somnum, & hyemem, quam per æstatem, & vigiliam, nam quamvis per somnum & rebrum refrigeretur, & partes externæ magis frigent, quam internæ, ex spiritu tamen in membris quiescente per somnum, & non dissipato, magis commovetur coctio, accedit fomentum à partibus internis transmittentibus ad externas.

Quod calidum innatum in ratione innati, majus est in hyeme, & per somnum quam in æstate, & per vigiliam, at in ratione caloris, minus; idem est, ac si dicas calidum auctum, secundum quantitatem hyeme, secundum verò qualitatem æstate. Hinc fit, ut pulsus non fiat frequentior hyeme, quam æstate. Hinc etiam fit, ut multa hyeme gignatur pituita, verum hæc non arguunt calorem diminutum in quantitate, sed potius in qualitate, primum assumit Hippocrates, non alterum.

Quod duplex est corporis habitus, alter quidem carnosus, & quadratus, alter ^{3 Ani-} verò gracilis, & debilis. Rursus calidum innatum duplex, fixum, in membris, ^{madv.} influens, in sanguine, ac spiritu. Hæc sententia vera est in carnis, quia gracia animalia, & exangua, ut reptilia, vincuntur à frigore. Unde recte dicitur ab Hippocrates. Naturarum alias ad hyemem, alias ad æstatem bene se habere. Ideo naturæ calidæ ad hyemem bene se habent, frigidæ verò ad æstatem. Rursus est non de calore fixo, hic enim nunquam augetur, sed minuitur, sed de calore influenti, qui quidem est in sanguine, ac spiritu.

<sup>Alte-
ra Ani-
mad.</sup>

4 Ad-
not. Quod mensura alimenti non est sumenda absolute, vel à majori, vel minori resolutione, sequeretur enim per hyemem esse minus dandum, sed penes caloris copiam, quæ quidem non solum major est in hyeme, & ideo magis consumens undique, sed sensibilia excrementa, quæ per alvum, & urinas secedunt copiosiora. Addit ex sententia Gal. validum esse calorem hyemis, atque etiam per densorem cutim attenuatum admodum excrementum insensibiliter expelli validissime.

5 Ani-
madv. Quod somnus longior, vel ita intelligitur, ut sit multus non interpolatus, & suavis, vel quod sit frequentior, levus, ac turbulentius. Primo modo hyeme somni longiores. Altero verò in aestate, in qua homo pronus est magis ad somnum: sed non est ita tranquillus, ac longus, ut in hyeme.

6 Ani-
madv. Quod anni tempora Astrologis quatuor numerantur juxta quatuor Zodiaci puncta, duo scil. Äquinoctia, quæ faciunt Ver, & Autumnum, duo verò Solsticia, quæ constituant Hyemein, atq; Ästatem. Hipp. verò non ita dividit anni tempora, sed penes ortum, atq; occasum stellarum insignium: ver scil. ab Äquinoctio verno ad Plejadum ortum, ab Ortu Plejadum, ad Arcturi ortum, Ästas. Ab Arcturi verò ortu ad Plejadum occasum, Autumnus, à quo tempore, usq; ad Äquinoctium vernale, extenditur Hyems. Qua ratione fit, ut Autumnus, & Ver ad duos Menes ferè extendantur singula; Ästas, & Hyems ad quatuor menses. Ex quo fit, ut Ästas in duas partes dividatur; Oram, & Oporam; Hiems verò in tres, Sementam, Brumam, atque Insertionem.

APHORISMUS XVI. *Victus humidus febricitantibus, &c.*

Con-
nexio. CUM in præcedentibus Aph. victum considerasset Hipp. ut contraindicatur à morbo, nunc illum contemplatur quatenus ab eo indicatur; alimentum enim ut alimentum, morbus respuit, ut remedium vero indicat.

Intē-
tio. Duas habet conclusiones Aph. Prima est;

Victus humidus omnibus febricitantibus utilis:

Altera est. *Victus humidus, pueris, & assuetis confort:*

Ratio Ut ponat prærogativam victus humidi, & ut ostendat particulari exemplo cui intentionem per contraria, sicuti conservationem per similia fieri oportere.

Divi-
sio. Dividitur Aph. in duas partes. In prima prærogativam humidi victus exprimit, quatenus indicatur ab omni febri, in altera verò quatenus indicatur à re naturali, aestate scil. & consuetudine.

Demō. *Victus qualitas morbo contraria esse debet.*

Sed victus humidus omni febri opponitur. Ergo

Victus humidus omnibus febribus conuenit.

Major manifesta est: Contrariorum enim contraria sunt remedia.

Minor probatur; quia calor febrilis siccus est, veluti è contra nativus humidus ideo ab alimento humido oppugnatur magis, quam à frigido.

Demō. *Naturalia servanda sunt similibus.*

str. alt. *Ätas, & consuetudo sunt naturalia. Ergo*

concl. *Similibus servanda. Cum verò pueri humidi sint naturaliter, humidissimassueti; lib. de Hinc fit, ut illis sit aptissimus victus humidus.*

aer. aq. *Major est principium artis, quia similia à similibus conservantur.*

Minor probatur: nam ätas nobis est co naturalis, assuetudo autem est altera natura, velcum ea confunditur, il quod exemplo Microcepholorum declaravit Hipp. Cam enim gens illa à principio arte capita acuta pueris è formaret, progressu temporis, natura illis similia procreabat, veluti conspitans cum assuetudine.

Quod

Quod calor febrilis naturali contrarius est: quia primus acris est; alter vero t. Ani.
unitis. Primus humectat, alter exiccat. Hinc fit, ut magis calor febrili oppo- madv.
natur humidum, quam frigidum, nam quamvis siccitas non sit de essentia caloris
extranei, & febris, ut morbus (neque enim semper ratione siccitatis actiones in
febre laeduntur,) tamen in ratione caloris, extranei, magis illi adversatur hu-
midum, licet absolute in ratione caloris, frigidum. Cum vero calorem febrilem
non absolute consideret Hipp. sed ut respicit nativum, hinc fit ut potius victum
humidum, quam frigidum nominet in Aphorismo, licet, & frigidus febri op-
ponatur.

Quod febrilis calor duplex est; alter simplex: quippe qui in calore consistit pre-
ter modum aucto, nullamque dispositionem sequens; alter qui sequitur dispo- Alte-
tionem corporis, vel putridam, vel malignam; ut qui sequitur obstructionem, ra ani
inflammationem, aut insiginem putredinem. Prima dicitur ab Avic. febris mor- madv.
bus, altera vero febris accidens. Cum iicitur Hipp. dicit, humidum victum om-
nibus febribus competere, intelligit de febri morbo non complicata cum alio effe-
ctu, seu causa requirente exicationem: nam in maligna, atque hydropis febre
humidus vietus non conducit: quoniam in complicatis affectibus ratio habenda
ejus, quod magis urget.

Quod ex hoc Aph. colligitur febrem, quo simplicem magis servat naturam ; 3. Ani.
majorem vietus copiam exposcere, unde accusat Hipp. Prodicum, inedia, & la- madv.
boribus febricitantes interitem, quod inedia sit febri inimica, ut siccæ pa- 6Epid.
sionis. Unde siccas, ac squalidas naturas in febribus Gal. oxyssimè nutriendas do-
cet, nisi ex obstructione, vel inflammatione ascendatur febris.

Quod qualitas alimenti duplex consideratur; prima in calido, frigido, humi- 4. adn.
do, atque siccо. Altera vero quod aperiatur, vel incidatur, vel roboret, Hipp. pri-
mum qualitatem assumit, quin morbo opponit; sed, & secundas qualitates inde
opponendas esse causis morborum colligitur, ut obstructioni aperientes, crassis
attentantes, lentis incidentes cibos opponamus.

Quod vietus duo Medicis significat, vel cibum, & potum, vel regimen in sex 5. Ani.
rebus non naturalibus. Primum intendit Hipp. in Aph. vera tamen est sententia madv.
in secundo: quia febri non solum competit alimentum humidum, & pueris; sed
alia, quæ humectant, somnus, quies, aer humidus, fomentum, balneum, unctio.

Quod vietus humiditas duplex est, alia per se, alia arte comparata: de utraque 6. adn.
intelligit Hipp. non solum enim præstat cibos exhibere, quippe qui actu sint humili- 1. Ac.
di in febre, sed qui potentia: quod utrumque est in peisana, ideo maximè lauda-
tur ab Hipp. Quamobrem Medici excogitaverunt Jura, Consumpta, Destillata,
Expressa, Pista, cæteraque hujus generis, ad febres utilia, cibos efficientes for-
biles, ac potabiles.

Quod vietus humidus multas habet prærogativas. Primò acutis morbis conve- 7Ani-
nit, quia omni febri confert. Deinde vero est naturæ familiaris: nam humido madv.
vivimus, & nutrimur. Tertiò facile apponitur, distribuitur, & unitur quantu- Lib. de
m in se est, licet per accidentem aliquando siccum citius conficiatur, quam hu- alim.
midum, ut in siccæ natura. Unde jubet Hipp. Juvenibus dandum esse cibum imper-
mutatum: & quamvis in assimilatione, quæ quidem est ultima transmutatione,
citius a siccō membro transmutetur siccum alimentum, ea saltem ratione vietus
humidus citius alit membrum siccum quia velocius transit alias præparationes
chilificationem, sanguificationem, distributionem, & agglutinationem.

Quod intemperies, quæ sunt naturales, ut quæ adveniant ratione ætatis, atq; 8Ani.
confuetudinis, madv.

conuentudinis, servandæ sunt per similia, dum lo tantus non sit excessus, ut homo de valetudine queratur, tunc enim paulatim transmutanda. Pueri igitur humiditas conservanda, sed siccitas, & frigiditas senis reducenda, utraque enim naturalis, sed in sene excedit, non in pueri: intemperies autem præter naturam semper contrariis tollenda.

APHORISMUS XVII. Quibus semel, aut bis, plus, minusve, &c.

Con-

CUM hactenus Hipp. de alimento multa disputasset penes formam universa-
nexio. lem ipsius morbi; Nunc de illo agit in particulari, docens quomodo **victus**.
Inten. partiri debet in morbis.

tio. Medicus ultra considerationem **victus** universalem, particularem quoque ejus
Ratio. formam perpendere debet.

inten. Quoniam non satis est determinare **victus** speciem, cuique morbo competen-
tia, sed perpendere per singulos dies, quando plus, aut minus, quando semel,
Divi- bis, aut pluries nutritre conveniat.

No. Dividitur Aphi in duas partes, in quarum prima suam proponit intentionem,
explicans, in quibus consistit modus ipsius **victus** particularis, quatenus à virtute
sumitur, & à morbo; In altera vero nonnulla addit, quæ maximè conducunt ad
Demæ illius inventionem.

Arat. Id, quo ignorato, perfectè nutritri ægri non possunt, debet à Medico cognosci.
Sed sine forma **victus** particularis non possunt perfectè nutritri ægrotantes. Ergo
Forma **victus** particularis, ultra universalem illius considerationem, debet ex-
pediti à Medico.

I. adn. Major per se clara est. Minor probatur: quoniam virtutis variatio, ac morbi,
per singulos dies, variam **victus** partitionem indicat.

Alte- Quod **victus** modus particularis, tria considerat de alimento, vel quod magis,
ra ani. aut minus nutriat, vel quod paucum, aut multum sumatur, vel quod semel, aut
madv. pluries detur. Duo prima illis verbis comprehendit, quibus plus, aut minus.

Quod modus hic cibandi particularis à duobus sumitur ab Hipp. Primum à con-
jectura, quæ fit de duratione virtutis ad morbi vigorem, & est principale. Alterum,
quod sumitur à tempore, regione, ætate, & consuetudine, quod minus
est principale, utrumque conatur explicare Gal. sed in primo ponit fundamenta,
ac præcepta, quæ & confusa sunt, & etiam partim falsa, quod enim supponit
constantem virtutem posse stare cum defectu, vel corruptione maligna, nequa-
quam admitti debet in morbis acutis: neque etiam in febre diaphoretica acuta
(cujusmodi sunt acuti ex defectu) consistere virtus potest, ut 2. Acut. tradit Hip.
appellans istas debilitates ex vasorum evacuatione: nec in pestilenti febri constare
virtus potest. Propterea nos duas tabulas subiiciemus, in quarum prima ostende-
mus, quomodo nutritri debeat æger, sumpta indicatione à virtute, & morbo:
in altera vero, quo pacto à reliquis tempore scil., regione, ætate, consuetudi-
ne, ac temperamento.



Cum de- fectu	Ait Galenus in hoc casu dādum multum sapē.	Sed casus hic est impossibilis. quoniam ista est debilitas ex vasorum evacuatione.
------------------	--	--

Constans

Parum

Sanguini- nis Ple- thora.	Parum nu- triens.	Hic tamen citissimè vacua- dum, ne rorope transcat, in rākoxymie.
---------------------------------	----------------------	---

Raro

Cum abū-
dantia.Parum Si turgent humores statim
vacuandi.

Aliorū humorū rākoxymie.	Pauci nutri- menti.	Si crudi sunt, ac firmi, coquen- di prius.
--------------------------------	---------------------------	---

Raro

Virtus

Perfecta; & est casus impossibi-
lis.

Cum cor- ruptione	Imper- fēcta.	Parum sa- pē.	Hic tutius va- cuare.
----------------------	------------------	------------------	--------------------------

Attempe-
rans.

Cum defe- ctu	Parum Bonī succi Sapē.
------------------	------------------------------

Cum pledora. gr.	Parum Pauci nu- trimenti.	Hic vacuandum missione sanguinis; non enim cum mul- to sanguine virtus debilis esse potest, nisi per oppresio- nem.
------------------	---------------------------------	---

Debilis

Cum tachimia. gr.	Parum Rarō Pauci nutri- menti.	Hic purgatio necessaria in prin- cipio turgente humore. Cottio- ne apparente inquieto, atque crudo.
-------------------	--	--

(b)

Cum corrū- ptione.	Perfe- cta	Parum nutriēs sapē.	Hic necessaria purgatio in prin- cipio.
-----------------------	---------------	---------------------------	--

	Imper- fēcta.	Parum Sapē Attem- perans.	Hic epicrasis requiri- tur;
--	------------------	------------------------------------	--------------------------------

Parum

*Aestas.**Regio calida, secca.**Autumnus prima parte;**Consuetudo.**Bilioſi.**Rari habitus;**Infantia.**Parum, & ſep̄e**Autumnus in debili;**Regio humida.**Primi ſenes.**Densi haaitus.**Frigidi, ſicci.**Aſſueti.**Ver in medio;**Parum, & raro**Pueritia.**Regio calida, humida.**Temperies ſimilis.**Autumnus in forti;**Aſſuctudo.**Multum, & ſep̄e**Hyems.**Inventus.**Regio frigida.**Temperies calida.**Habitus densus.**Aſſueti,**Ver prima parte.**Multum raro*

3 Ani- Quod virium drbilitas duplex est in morbis ex 2. Acut. altera, quæ provenit ex mady. vi morbi, altera, quæ oritur ex vasorum evacuatione. Quæ ex vi morbi oritur, habet causas, vel plenitudinem, vel , vel putredinem. Quæ verò ex vasorum evacuatione, spiritus, atque humorum consumptionem. Prima debilitas ſemper respuit victum, præter quam si fiat à vehementi corruptione, quo caſu nutrīmus; quia timor est, ne virtus pervenire poffit usque ad morbi vigorem. At altera debilitas ſemper indicat victum.

4 Ani- Quod circa confuetudinem Atiqui plus cœnabant, in prandio verò parum nu- mady. trimenti ſumebant, quinimò multi ſemel in die nutriebantur. Nunc verò aliqui plus prandeat, alii bis, & ter, & pluries, qui quidem omnes cum ægrotant, ea ratione nutriri debent, niſi quid prohibeat.

5 Ani- Quod ad victus, modum, ad hunc potest reduci præparatio, condimentum, atque ordo. Præparantur autem cibi elixatione, iſlatione, & frixione, condiuntur verò aceto, ſapa, ſale, oleo, melle, atque ſaccharo. In acutis morbis ſola elixa ferè convenient. Neque debet eſſe avarus Medicus in gratificatione, quæ pertinet ad ſapores, maximè ſalis. Convenient quoque acetum in acutis, ſed convenientior eſt Limonis ſuccus, maximè biliosiſ, ac malignis febribus. Melle raro debet uti ut alimento Medicus in acutis, quia bilieſum admodum. Ordo parum facit, quoniam unica cibi species ſufficit in acutis morbi.

APHO.

APHORISMUS XVIII. Æstate, & Autumno cibos, &c.

CUM superiori Aph. de partitione cibi egisset, & proposuisset dandum esse *Connexum* aliquid tempori, ideo in præsenti explicat, quomodo anni tempus ad ipsam ^{XII.} partitionem conducat.

Æstate, & Autumno cibi copia difficillimè fertur: Hyeme verò, ac vere facillimè. *Intent.*

Ut demonstret æstivo tempore, atque autumnali paucum, & sèpè alendos ^{Ratio} gros, quoniam copia cibi difficile fertur. Contra verò hyeme, & vere, multum *intent.* & raro, quoniam cibi copia facile fertur.

Dividitur Aph. in duas partes: in quarum prima docet, quomodo nutriendi *Divisio* sint ægri Æstate, & Autumno: in altera verò quomodo Hyeme, & Vere.

Quo tempore plus est innati calidi, facile fertur cibi copia.

Sed Hyeme, & Vere multa inest copia caloris. Ergo

Tunc temporis facile fertur cibi copia. Et à contrario difficilè Æstate, & Autumno.

Major propositio perspicua est; quia multis calor multam cibi copiam suffert.

Miror est Aph. 15. Ventres hyeme, & vere calidissimi.

Quod quemadmodum ex Aph. 15. potest hujusmodi sententia probari, tam ^{1. Ani-} quam à causa, ita ex hoc Aph. istmo, tanquam ab effectu demonstrari potest ille: ^{madu.} Nam ubi multis est calor, facile: ubi verò paucus, difficilè fertur cibi copia, & ubi difficilè fertur cibi copia, paucus calor, & ubi facile, multis,

Quod non solum melius superatur alimentum in hyeme, quam æstate, sed errata, quæ sunt in vicetu ob nimiam satietatem, facilis hyeme, & vere, quam ^{2. Ani-} aliis temporibus corriguntur; quod indicat verbum illud *cibi copia*, neque solum ^{adnot.} peccata quantitatis, sed qualitatis ipsius victus, quando est naturæ humanæ con- traria, ut in venenatis, facilis vincuntur in hyeme, quamvis quoad expulsionem citius in æstate corrigitur, tanquam in tempore ad vomitum aptissimo. Sed in corpore si maneat venenum, magis superatur hyeme, quam æstate, & diutius vivit homo eo tempore, si moriturus est.

Quod nutritum non solum in majori copia hyeme, ac vere sumendum, sed ^{3. Ani-} solidum, ac densum magis, & potius assūm, quam elixum. Potus verò quam ^{madu.} paucissimos, & meracissimos. Sed æstate contra multum bibere, atque dilutius, ^{De vi-} patrum autem comedere; neque enim fieri potest, ut multum bibamus, & come- ^{ctu pri-} damus, nam potatores non multum edunt, & è contra. ^{vit.}

Quod apertitia vehementior est, & velocius advenit homini in hyeme, quam ^{De ae-} in æstate, ob potentiam caloris, supposita tamen eadem cibi substantia, quanti- ^{re, ag.} tate, ac præparatione: verum, quia hyeme comedimus magis, quam æstate, ^{¶ loc.} ideo sit, ut citius, appetamus tempore æstivo.

Quod facilis fertur cibi copia hyeme, quam in vere: quod quidem Hipp. in ^{5. Ad-} hoc Aph. concepit, facta comparatione ad medium, atque ultimam partem ip- ^{nus.} sis veris. Præterea licet ratione temporis multum in vere dandum sit, attamen ob plenitudinem jubet Gal. parcus nutriendum: in autumno verò, cum sit tem- pus varius, & inæquale, si vires sint debiles, ut in æstate, nutrimus. At in robustis, plus damus.

Quod hic Aph. differt à 15. quoniam ibi absolute respicit quantitatem victus, ^{6. Ad-} hic verò partitionem. Deinde ibi æqualiter nutriendum esse hyeme, & vere; Hic ⁿⁱ⁻ verò magis hyeme. Tertiò ibi continetur *causa plus, aut minus* nutriendi, hic verò de tolerantia majori, vel minori.

*s. Ad-
not.* Quod virium robur maximum putavit Gal. tempore veris. Quare consequitur, ut magis vere, quam hyeme alendum sit. Dicendum est, quamvis robur virium eo tempore sit maximum, tamen ob timorem repletionis minus dandum, nec vero illud recipiendum est, facultatem naturalem hyeme robustiorem, vitalem vero in vere, cumque magis cibo indigeat naturalis, quam vitalis; ideo magis hyeme dandum, quoniam calor cordis, non tantum hepatis, major est hyeme, quam astate.

APHORISMUS XIX. *Quibus per statos circuitus, &c.*

*Conne-
xit.* CUM præter dicta in antecedentibus, accessionum circuitus ad partitionem victus conducat, ideo in præsenti Aph. illos in considerationem adducit, atque in memoriam revocat.

Intent. Neque cum adeat accessio, neque cum futura est, quidquam exhibere oportet.
Ratio intent. Quoniam accessionum periodi tollunt cibum; ideo contingere potest, ut qui alioqui parum, & sèpè essent nutriendi ob illorum frequentiam, parum, & raro cibentur, vel etiam plus, minusque.

Divisio. Brevitas Aph. divisionem haud patitur, nisi quis illius partes duas efficere velit, ita, ut in prima nil dandum præsente accessione, in altera vero neque ante accessionem.

*Demö-
stratis.* In accessione natura magis, quam unquam, est tristis, & oppugnata. Ergo Cum per circuitus morbi fiunt, nil dare, neque cogere in accessione, & prope eam.

Antecedens clarum, & apertum est: quoniam accessio dicitur deterior morbi tempus.

Consequens deducitur, quia tunc temporis natura cibum corruptit, atque incotun. relinquit.

Quare, seu quis jam præsente accessione, seu parum ante illam victum det, magnopere ledet naturam, & morbum augebit.

*1. Ani-
madv.* Quod non solum nil dandum in accessione, & parum ante illam, sed neq; cogendum ægrotum, ut sumat. Dictum propter imperitos Medicos, qui non distinguentes debilitates in morbis, in accessione non solum cibum exhibent, sed cogunt: in accessione enim æger afflictus appetet plerumque ob vim morbi. Quod si resolvatur, ut in febribus pure biliosis, temperaturis siccis, ac ventriculi sensibili, in his non solum dare ante accessionem, & in ea, sed cogere licet.

*Alterum
animis.* Quod judicium duplex est, alterum particulare, quod in unaquaque fit accessione, alterum universale totius. Primus indicat morbum, quoad partem, alterum vero quoad totum: est autem judicatio Hipp. cum morbi vel tolluntur, vel remittuntur, vel augmentur per celerem mutationem, quippe quæ non nisi in die accessionis fieri potest, juxta illud. *Quibus quotidie rigores fiunt, eodem die febres solvuntur.*

*3. Ani-
madv.* Quod verbum illud *adimere* duo nobis significare potest; vel cibi, vel materiei morbificæ ablationem: & quamvis mens Hipp. sit de cibo, rectè tamen & ad humorum accessionem inductrum referri potest, nam licet materiam ante accessionem leviter vacuire clysteri, glande, aut vomitu, nec vero solum id, sed & medicamentum purgans in die accessionis aliquando exhibere convenit, in longa, ac pertinaci febre, qualis est quartana, ut placuit Avic. multiq; aliis Medicis in singulis, veluti experientia comprobatum.

*4. Ani-
madv.* Quod circuitus quidam sunt ordinati certa quadam die, vel hora repetentes, alii

alii sine ordine invadunt. Ordinati accessio Hipp. multiplex quotidiana, tertiana; quartana, quintana, septana, nonana. Quo sit ut circuitus ordo absolute ad humoris putrescentis proprietatem referendus non sit, alioquin tres essent circuitus tantum juxta humores tres, sanguis enim accessionem non facit, sed neque ad humorum copiam minorem, vel maiorem, quia pauca bilis quartanum faceret circuitum, sed ad actionem naturae, ac putredinis qualitatem, natura enim movet ut plurimum de tertio in tertium, ideo omnis accessio, quantum in ea est, tertiana, fit, quia de tertio in tertium movere solet. At humoris diversitas in essentia, quantitate, modo putredinis naturae impetum vincit. Sed haec ad aliud tempus reservanda sunt. Illud tamen notat Hipp. istorum circuitum pessimum esse In epia quintanum, quippe qui tabidos antecedens, vel superveniens occidat sicuti, & dem. semiterianus.

Quod hic Aph. differt ab undecimo: Primum quod ibi solum docet tempus particularē exhibendi cibum, hic vero ad partitionem illius eum adducit: ibi solum abstinendum à cibo, cum adeat accessio, hic etiam ante illam, ibi solum adimendum alimentum, hic vero non id tantum, sed neque cogendum.

Quod in morbis circuitus quidam sunt perpetui, alii vero minime, circuitus non perpetuus, est tertianus, vel quartanus, quoniam non omnis morbus ita exacerbatur, at perpetuus circuitus in omni morbo adeat, illum vero indicavit Hippocr. esse ad vesperam, quoniam inter horas diei ad illud tempus magis exacerbatur morbus, vesperam vero intelligit non solum post meridiem, sed primam noctis partem; quare perturbationes potissimum ad noctem perpetuo fieri scripsit. Galenus vero tempora anni quatuor, quatuor diei temporibus confert, ita ut matutinum tempus Veri, meridies Aestati, vesper autem Autumno, nox vero Hyemis comparetur.

APHORISMUS XX. Quae judicantur, & judicata sunt, &c.

CUM in secundo, & tertio Aph. hujus libri Hipp. de qualitate, & quantitate evacuationis tractasset, interpolitis sententiis de victu, docet in praesenti, an Medicus vacuare debeat, nec ne.

Conne
xio.

Natura recte operante, Medicus nil moliri debet.

Intent.

Ut Medicus cognoscat, an sit operandum, vel potius totum negotium naturae commitendum, est enim primus actionis scopus, an agendum, de quo hic tractat Hipp. & per consequens an evacuandum.

Ratio
intent.

Hæc sententia, cum unica sit conclusio, divisionem non admittit, quare indivisiā eam reliquimus.

Divisio

Medicus non debet operari cum noxa.

Demo
strat.

Sed si quid molitur Medicus, natura recte operante, semper nocet.

Ergo.

Medicus nil debet moliri, natura recte operante.

Major est per se clara, atque aperta.

Minor vero probatur, quia si Medicus facit aliquid, vel naturae opus impedit, vel auget (supponimus enim perfectam naturae operationem;) at quocumque modo nocet; si impedit, retrocedens materia partes principes occupabit cum vita discrimine, si auget, virtutem exhaustum, ultra modum evacuans.

Quod judicium dicitur repentina in morbis mutatio & magna, atque spontanea, nomine translato à judicio, quod fit in foro. Dicitur mutatio repentina quia, quæ paulatim fit in morbis mutatio, non est crisis, sed exolutio, magna vero



Alera anima. Quod Crisis differentia sumitur à differentia termini illius: vel enim mutatio
sit ad salutem, & dicitur crisis optima; vel ad melius, quæ quidem bona nuncu-
patur, vel ad mortem, quæ pessima, vel ad pejus, quæ mala dicitur. Cum igit-
ur morbus, vel optimè, vel pessime judicatur, nil moliri Medicus debet, cum
verò ad melius sit judicium, Medicus supplere debet, sicuti si nihil operatur, quo
tempore movere deberet. In mala etiam crisis, re non in totum desperata. Medi-
cus coctionem adjuvare, naturamque roborare debet, quantum fieri possit.

3 Ani- madu. Quod crisis, tam bonæ, quam malæ tria sunt Medico signorum genera, quæ
dam sunt antecedentia ipsam, quædam verò ipsi adjuncta, alia crism consequen-
tia. Optimæ crisis signa, ac firmissima sunt coctiones excrementorum, quæ dic-
tiorio in urina, fecibus, sputo, perfectæ apparent, minus perfectæ in bona,
sicuti in mala crisis, cruda; in pessima, prava; ponimus enim in unoquoque si-
gno, optimum, bonum, malum, pessimum, ex Hipp. sententia in Prognostico;
urina enim cum sedimento albo, leni, æquali, in quarta die apparens, septima
perfectè judicandum morbum indicat; cum subrubea non ita perfectè; cum cru-
da, male judicandum; cum nigra pessimè. Signa ipsi crisi adjuncta, est pertur-
batio in nocte antecedenti; & dies critica, nam bene judicantur ipsi morbi ple-
rumque septima, quatuordecimæ, ac vigesima, male autem sexta, octava, ac
duodecima. Signa verò consequentia crism, sunt conferentia, ac tolerantia,
ubi enim utrumque consequitur, optima, ubi nullum, pessima, ubi conferentia
sine tolerantia, bonum, quemadmodum ubi tolerantia sine conferentia malum.

4 Ani- madu. Quod crisis duas habet partes, perturbationem scil. atque evacuationem, juxta
illud. *Quibus crisis fit, nox que accessionem precedit gravis*, ob vapores, qui ele-
vantur, vel ad caput, unde delirium, suffusio, dolor, vigilia, vel ad cor, unde
anxietudo, difficultas spirandi, vel ad stomachum, unde sitis, morsus illius, in-
appetentia, vel ad musculos, unde rigor. *Quibus repente apparentibus*, Medi-
cus terreri non debet, ubi coctionis signa apparuere, sed confirmari. Contra
ubi cruditatis notæ, vel putredinis adfuere. Est tamen crisis plerumque ad bo-
num, unde noctem crisis sequentem leviores statuit Hipp.

5 Ani- madu. Quod morbi multiplicitate terminantur, vel crisi, quod subito fit, vel per co-
ctionem, & paulatim. Crisis vel fit per evacuationem, quando materia extra
corpus pellitur, vel per abscessum, cum ad ignobiles partes transmititur. Est
& alias morborum terminus, cum morbus unus in aliud degenerat; ut angina,
in pulmoniam, hæc verò in suppurationem.

6 Ad- pot. Quod præcipit Hipp. per hanc sententiam, ut Medicus cum natura integrè judi-
cat, spectatorem solum se præbeat, neque aliquid moveat, aut innovet seu me-
dicamentis, seu irritamentis; per hæc imperitos reprehendens; quippe qui, ut
aliquid sapere videantur, in omni ægri visitatione aliquid præcipiunt faciendum,
ut clysterem, vel unctionem, vel frictionem, vel aliud quippiam, & crism in-
terrumpunt. Illos quoque hæc mordet sententia, qui quidem nullum ægrum im-
purgium relinquent in fine mali, docens perpetuò nil moliendum à perfecto
judicio.

APHORISMUS XXI. Quæ educere oportet, &c.

CUM in superiori Aph. de primo evacuationis scopo pertractasset, quo qui-
dem proponitur, an evanandum sit; In praesenti locum evacuationis con-
cludum demonstrat.

Cum Medicus movere, debet locum eligere, ad quem natura movet cum con-
ferentia.

Ut Medicus cognoscat, quando aliquid operari debet, & ut in ipsa operatione
naturæ motum imitetur, locumque ad evanandum aptissimum cognoscat.

Non admittit divisionem Aph. brevitas, nisi ita quispam ipsum partiri velit,
ut in prima parte doceat motum naturæ esse immutandum, in altera vero cautio-
nem adhibeat, ita ut dividatur in regulam, & cautionem.

Medicus est imitator naturæ recte operantis. Ergo

Per eum locum debet movere, ad quem natura movet cum conferentia.

Antecedens est manifestum. Consequentia clare deducitur.

Quod dum locum evacuationis aptum docet hic Hipp. imitandum esse in eo
naturam, naturæ opus non integrum supponit, vel non inchoatum: tunc enim o-
peratur Medicus, quoniam natura vel inovet quando movere debet, vel non mo-
vet. Si moveret, vel id facit vincens, vel superata, vel irritata. Si moveret vincens,
vel moveret intra corpus ad abscessum, vel extra corpus per evacuationem, & in u-
troque, vel perfectè, vel imperfectè. Cum igitur natura non moveret, quando de-
bet movere; Medicus movere debet ad loca consueta naturæ. Cum moveret vincens
imperfectè, movere debet per locum, ad quem vergit natura, si conferat. Cum
moveret irritata, vel id sit turgente materia, natura cooperante, & tunc movere
debet, vel symptomaticè, & tunc corrigenda. Quare Medicus dicitur naturæ
imitator, cum nil operatur, adjutor vero, cum imperfectè vincit, corrector au-
tem, cum irritata est, & symptomaticè moveret, quae de re loquens Hipp. 6. Epid.
agit; revellere, si quo non oportet, vergant humores, si vero quo oportet, ape-
rire convenit. Motus vero naturæ irritatæ, qui fieri solet in principio medius est
inter motum naturæ vincentis, & victæ.

Quod consueta naturæ loca, ad quæ solet transmittere, sunt, quæ habent mea-
tus patentes, & colligantiam cum parte iæsa, dummodo ipsa non sit offensa aliquo
partculari morbo quare scripsit Hipp. oculorum defluxus: si modò conferre vide-
bitur, revellere ad fauces oportet. Cerebrum igitur in abscessu movere ad paroti-
das, glandulas scil. post aures: in evacuatione vero ad narcs, palatum, & aures.
Cor quidem, & Jecur ad axillas, & inguina, hoc ad dextras illud ad sinistras per
abscessum: at in evacuatione per cutim, urinam, dejectionem, hæmorrhoidas,
menstrua vomitum. Quare Hipp. judicari ait acutos morbos, aut hæmorrhagia, L. pre-
aut sudore multo oborto, aut urina purulenta, vitri formiam referente, acerva-
tim prodeunte, aut alvo mucosa, & cruenta de repente egerente, & vomitibus
non pravis contingentibus, non quod omnia ista ad unum morbum judicandum
concurrant, sed quod unum, vel alterum sufficiat.

Quod motus naturæ ad locum conferentem per signa cognoscitur, seu natura
tendat ad abscessum, seu ad evacuationem; quorum omnium hict tabulam subii-
cere decrevimus ad utilitatem addiscendum.

		<i>Urina tenuis cum bonis signis.</i>
	<i>Futu- rum , cujus signa .</i>	<i>Virtus non ita fortis cum calidis humoribus .</i>
		<i>Virtus robusta cum frigidis humoribus .</i>
		<i>Morbi longitudo cum bonis signis .</i>
		<i>dolor , calor , partium illarum superiorum .</i>
	<i>Superio- ra,cujus signa .</i>	<i>tumor , partium illarum superiorum .</i>
	<i>Locus abces- sus .</i>	<i>inferio- ra,cujus signa .</i>
		<i>tumor , calor & dolor , partium illarum superiorum .</i>
<i>Motus , Natura .</i>		<i>Vertigo , Pulsus durus , Dolor capitis , Morsus ventriculi , Rigor , Labri inferioris tremor , Hypochondrii frigiditas .</i>
		<i>Rigor præcedit , pulsus mollis , anxietudo , urina suppressio , & Alvi , carnes calidae , rubrae , ac vaporosæ .</i>
	<i>per eva- cuacionē .</i>	<i>Signa aliarum excretionum non adiungunt , Rugitus , tormina .</i>
		<i>Si reliqua signa non extant .</i>
	<i>Urina .</i>	<i>Murmur in hypocondrio .</i>
		<i>Lumborum gravitas . Assuetudo .</i>
		<i>Hebetudo oculorum .</i>
	<i>ex narib.cu- jus signa .</i>	<i>dolor colli , & frontis , rubor faciei .</i>
		<i>Difficultas spirandi . Tensa hypocon- dria . Aetas , & Regio sanguinea .</i>
	<i>Hemcr- rhagia .</i>	<i>Menstruis .</i>
		<i>Gravitas lumborum , calor , & dolor ad peccinum .</i>
	<i>ex hemor- rhoidibus .</i>	<i>Assuetudo in sanitate , gravitas , atque dolor partis .</i>

APHORISMUS XXII. *Concocta medicare , atq; movere , &c.*

*Conne- CUM Hipp. in præcedentibus Aph. duos evacuationis scopos proposuisset ;
xio. can vacundum esset , & quis locus evacuationi aptus : In præsentimodo de
purgationis tempore agit .*

*Intent. Duas habet conclusiones , quatum prima est hujusmodi . Materia tunc tempo-
ris purganda est , quando est cocta . Altera vero est ; Materia turgens , purganda
est sine mora .*

*Ratio Ut in materia quiescenti Medicus coctionem expectet : in ea vero , quæ in mo-
rienti tu est , etiam si cruda sit , statim purget .*

Dividitur

Dividitur hæc sententia in duas partes; in quarum prima conclusionem ponit in *Divisio* quiescente humore, in altera vero in humore turgente.

Sed quiescente materia, hæc duo sequuntur solum, quando est cocta. Ergo In materia quiescente solum purgare oportet, coctione apparente.

Major per se clara, & aperta est. Minor demonstratur: nam cocta materia, natura vincit; quare humor noxius vacuatur à bono segregatus; unde conferentia. Coctus item humor vix est ideo cum tolerantia.

Illa materia sine mora est evanquanda, quam vel natura superare nequit, vel natu- *Demo-*
turam præoccupare est apta. *strati.*

Sed turgens materia, vel à natura superari non potest, vel præoccupatur ab ip-
sa.

Ergo

Materia turgens sine mora est vacuanda.

Major probatur; nam materia, quam natura coquere non potest, qualis est maligna, & venenata, frustra relinquetur in corpore, & cum ægrotantis pernicie. Materia item, quæ naturam præoccupare potest, est illa, quæ petens principales partes, morbos gravissimos, & penè insuperabiles inducere est apta. Ob idque antequam naturam occupet, statim purganda, atque educenda. Minor declaratur; quia illa est materia turgens, quippe quæ vel est insuperabilis à natura, vel adeò mobilis, ut timor sit raptus ad partem nobilem, materia autem maligna, etiam quiescens, turgere dicitur, quia valde affligit.

Quod concocatio duplex, alimenti, & excrementi. Prima fit per conversionem *1. Ani-*
humoris in substantiam corporis. Altera vero consistit in reductione humoris ad *madv.*
temperiem, vel in prima, vel in altera, vel etiam in tertia qualitate. Cum itaq;
Hipp. coctum humorum evanquandum esse docet de secunda loquitur coctione, præ-
cipiens non esse vacuandum humorum, nisi à natura vixum: alioquin, cum mul-
to ægri nocturno fieri quod patet in tumoribus, qui aperiuntur ante integrum
maturitatem: nam salubres tardissimè, & cum multo negotio, insanabiles autem
perimunt. Quare scripsit Hipp. Qui, cum ea, quæ in principio morborum inflam- *4. acut.*
matas sunt, solvere medicamentis aggrediuntur; bi de intenta, & inflammata parte
nil auferunt; imosanas partes colliguntur.

Quod concocatio apparet tum in augmento, tum etiam in statu, in illo imper- *Alteræ*
fecta, in hoc vero perfecta: utroque tempore purgare oportet. Ubi enim tanta *sinot.*
est miteriae copia, ut timor sit, ne, vel calorem suffocet, vel ad partes internas
fluat, paulatim coquimus, & paulatim vacuamus; cum vero absit ille timor,
perfecta coctio expectanda est ad purgationem, & ita convenit minorans medica-
mentum, non in principio, sed in augmento, ex sententia Hipp. ita scribentis.
Quibus in principio urinæ tenues, tales ne purgato, sed si visum fuerit, infusum per *4. acut.*
clysterem adhibeto postea corpus quiescat, unctionibus utatur, & aequaliter contega-
tur, potu utatur mulsa, medicamenta autem non exhibeto; si enim quid circa ven-
trem commoveris, urina non concocuerit, sed absque indicatione febris ad multum
tempus extendetur. At quibus in principio urinæ nebulae, aut cræse, tales depur-
gare oportet, si cetera conferat. Hec ille. Per quæ docet, in principio morbi in
quieta materia, atque cruda nil esse exhibendum, præter clysterem. At in aug-
mento, quod nomine principii significat, vacuandum esse nam principium, ut
extenditur ad quartam diem comprehendit augmentum, & in ea potest appare
re coctio.

Quod coctio duplice auxilio promovetur, vel per ea, quæ calidum innatum au- *3. Ani-*
gent, vel cuius humorum al medium temperiem reducent. Prima sunt, quæcunq;*madv.*
calefaciendi, & hæmetandi vim habent, ut somnus, quies, unctio, fomen-

tum, cooperimentum, clyster, vinum, mulsa. Secunda sunt, omnes qualitates, tam primæ, quam secundæ, aut tertiae, vim habentes reducendi humorem ad temperiem. Consideratur autem coctio maximè in excrementis, urina, sputo, sudore, fece.

4. Ans. Quod humores tenues quiescentes, vel sunt in cavitatibus corporis, vel sunt imbibiti in partibus illius. Primi nulla expectata coctione, vacuari possunt à principio. Alii uero temperamento indigent, & incrassatione, ut ad mediocritatem redigantur, alioquin nulla Arte educi possent, ut humor, qui grauedinem excitat, vel qui sputo expelli postulat.

5. Ans. Quod materia turgere dicitur, non solum quando uelociter mouetur, sed quando à natura superari non potest, ut maligna, & pestilens; hæc enim, licet aliquando lateat, repente postea mouetur. Quare fit, ut turgentia materiæ, non solum sit in principio, sed post ipsum, & in augmento, & uitore. Seu igitur illa actu turgeat, seu potentia, statim educenda est, nulla expectata mora, antequam præoccupetur natura, & uirtus prosteratur. Sed in maligna, leui semper medicamento, ob uitutis prostrationem; In ea, quæ uelociter mouetur, fortiori.

6. Ans. Quod motus faciens materiam turgentem; non solum illius est humoris, qui huc, uel illuc indifferenter mouetur, sed etiam ejus, qui ad unum locum reptit, & dolorem, & inflammationem efficit. Propterea materia turgens non solum medicamento educi debet, sed phlebotomia, quod plerumque fit magis, quam purgatione, quamvis utrumque remedium aliquando conueniat. Ubi uero materia impetus est ad partes superiores, magis phlebotomia conuenit, ueluti si ad inferiores purgatio: id quod Hipp. Pleuritidis exemplo demonstravit, nam vergente ad claviculam dolore, sanguinem mittit, ad hypocondria vero purgat. Convenit tamen aliquando purgatio, cum ad stomachum movetur, & os per vomitum ad patentem viam.

7. Ans. Quod Hipp. hic loquitur non solum de medicamento purgante, sed & de omni alia excrementi eductione, seu per urinam, seu sudorem: ista enim non sunt mouenda, nisi cocta materia, si vero turget, tutum non est, per sudorem, vel urinam illam educere, ob tarditatem evacuationis: cum vero purgatio excrementi requirat coctionem, neque in principio facienda sit, nisi raro, major est ideo prærogativa phlebotomiæ, in qua nulla coctio expectanda est.

8. Ans. Quod in morbis acutis raro materia turget, sed plerumque in peracutis. Sed quoniam isti morbi raro invadunt, ideo fit, ut raro materia turgere dicatur. Ex quo deducitur, valida remedia in peracutis statim esse obeunda, non solum ob morbi vim, sed ob tolerantiam.

9. Ans. Quod ex medicamentis purgantibus, quedam sunt valida, ut sciamonium, lauris, peplum, antimonium; alia imbecilla, ut cassia, manna, tamarindi, mirabolani, syrups rosatus, catholicon: alia mediocria, ut rabarbarum, agari-
cus, turbit, electuaria diaphænicon, de succo rosarium; de psyllo, hamec, indum. Valida medicamenta raro admolum in usum deducenda, nisi necessitas urgeat, Mediocria frequenter. Levia in leviori morbo. Cum tamen in iteria crudae est, atque sine motu, nil per os exhibendum, sed clysterium usum solum pro-
bat Hipp. Hinc materia coctionem procurat.

10. Ans. Quod raro natura cum utilitate à principio evacuat; Medicus tamen frequenter: id quod Hipp. indicavit, jubes à principio acutorum mouendam, nunquam Cal. 4. tamen purgatio in materia cruda potest esse cum tolerantia, & sine labore, licet apb. 5. sit cum conferentia, vel ratione præsentis mali, vel faltam futuri.

42.apb.

APHO-

APHORISMUS XXIII. Quæ evacuantur, & evacuata sunt, &c.

CUM Hipp. in superiori Aph. de tempore evacuandi tractasset; In præsenti *Commentario* lò de iplius evacuationis modo verba facit, & de illius judicio. ^{xxii.}

Bona evacuatio non debet judicari ex quantitate ducti humoris, sed peccanti: *Invenit*, cum tolerantia.

Ut demonstret non esse semper per æqualia curandum; sed, & per ea, quæ morbum superant, & per ea quæ infra morbum subsistunt. ^{Ratio} ^{intenc.}

Dividitur Aph. in duas partes, in quarum prima suam proponit intentionem, *Divisio* in altera vero rationem illius adducit.

Si bona evacuatio æstimanda esset per quantitatem humoris, nunquam evacua- *Demonstrat.*
rebus magis, vel minus, quam peccat.

Sed aliquando vacuamus ultra id, quod peccat, aliquando autem infra subsisti-
mus.

Ergo

Vacuatio non est æstimanda penes quantitatem humoris, sed virtutis tolerantiam!

Antecedens clarum, & apertum est. Assumptum vero probatur, quoniam aliquando vacuamus ad ~~λεπτότητα~~, quod est supra vires ob vim morbi, aliquando autem infra propter debilitatem.

Quod ex hac doctrina educitur evacuandi modus; ubi enim morbus est mi-
gnus, & tolerantia multa semel, ac repente, multum que ducere oportet, at si *i. Ante-*
deest tolerantia; evacuationem partimus, neque idcirco negat non esse confide- *matus*
randam humoris quantitatem in evacuatione, sed habendum quo ue rationem esse
ejus quod magis urget. *Quia* ratione, fit ut aliquando ad ~~λεπτότητα~~, fiat eva-
cuatio, aliquando vero infra morbum.

Quod virtutis defectus quidam est absolutus, alias vero respectivus.

Absolutus dicitur syncopis, per quam omnes virtutes concidunt. Respectivus autem, qui dicitur ~~λεπτότητα~~: per quam non in totum vires deiiciuntur, sed *Alteram* constat adhuc robur, cum in pulsu, cum etiam, in motu. Cum itaque Hipp. di- *animæ*
cit faciendam esse evacuationem usque ad defecções, intelligit non ad syncopem,
sed ad lipothymiam. Primam possunt vires sifferre. Alteram autem tolerantiam,
neque contrarium hujus docet Hipp. tertio hujus, cum enim negat faciendas esse
extremas evacuationes, intelligit ad syncopem.

Quod tres causas affert Gal. evacuationem indicantes usque ad ~~λεπτότητα~~; febrem scil. ardentissimam, magnam inflammationem, magnumque dolorem. *3. Adiu-*
Sed nulla febris esse potest, seu illa sit sinocha, seu caufon, que tantam indicet *medic.*
evacuationem, nam sinocha febris, licet magnam indicet sanguinis missionem,
non tamen extremam. Causon vero aut sanguinis missionem, non indicat, aut
in pauca quantitate. Dolor, etiam si maximus, non omnis indicat hujusmodi eva-
cuationem; ut si à causa frigida oriatur, & vires dissolvat, ut distentio, colicus.
Tertius casus, idest maxima inflammatione cum acuto dolore hanc evacuationem ad
~~λεπτότητα~~, indicat, & à causa calida, ut scrip. Hipp. in pleurite, ad claviculam
vergenti, atque ad mammas; si acutus fuerit dolor, hanc evacuationem faciet,
nec uteunque, sed si æger fuerit robustus, ætas florens; nam nisi hæc adsint, *4. Adiu-*
conducit potius magnam, quam extremam evacuationem moliri, in tantum est
formidabilis, urget tamen necessitas in dicto casu.

Quod evacuation ad Lipothymiam; solum fieri debet per sanguinis missionem, *4. Adiu-*
at per purgationem nunquam, etiamsi morbus sua natura id postularet; quoniam *not.*
non est in potestate nostra sistere medicamentum, sicut sanguinem, unde syncop-

pis, aut convulsio pro Lipothymia succederet cum ægri pernicie, at cum sanguinem mittimus, manum pulsui admovemus, & cum jam manifestè debilitetur, sistere statim possumus.

3. Adnot. Quod antiqui latissimè sanguinem mittebant; erat enim ipsius mensura unica libra ad minus, & aliquando ad tres libras mittebant; quod intelligendum est ubi sanguis peccat, non quum alii abundant humores quamvis purgatio indicetur, tamen sanguinem mittimus aliquando ob morbi magnitudinem, quo tempore non ita larga convenit sanguinis missio, sed si utrumque copuletur, & sanguis peccans, & morbi magnitudo minima quantitas est lib. 1. mediocris autem lib. 2. magna verò 3. ultra hoc jam est extrema.

APHORISMUS XXIV. In morbis acutis raro, & per initia.

Connexio. CUM Hipp. antea præcepisset, non esse purgandum in principio, nisi in turbulentia. Nunc ostendit quomodo purgatio se habeat ad morbos acutos, & ad materias turbulentiam.

Intent. Duas habet conclusiones, prima est. In morbis acutis raro purgandum. Altera verò, in principio acutorum, etiamsi turget, raro purgandum.

Ratio intent. Ratio primæ conclusionis, ut Medicus educat materiam per locum, ad quem vergit, at raro vergit ad alvum, ideo raro purgandum.

Ratio alterius est, ut si materia turget, non statim purget, cum plerumque sanguinis missio sit magis opportuna.

Divisio Dividitur Aph. in duas partes; in prima duo præcepta ponit ad purgationem in acutis necessaria; in altera verò cautionem adhibendam ob periculum esse monet.

Idem. Quò natura vergit, eò ducere oportet. Sed natura raro vergit in acutis ad alvum. Raro in acutis purgare oportet. Ergo.

Major est Aph. XXI. Minor probatur; quia morbi acuti non solum per alvum judicantur, & ad illam vergunt, sed ad nares, ad cutim, ac vesicam, ad abscessum. Quibus in casibus, per ea loca educere oportet. Quare malè Medici, omnes acutos morbos saltē in declinatione purgant, omittentes naturæ motum, si verò materia quiescat, potest ad alvum movere, sed in acutis raro quiescit, & ferè turget.

admo. Quo tempore raro adest indicans purgationem, raro purgandum. In acutorum principio raro adest, quod purgationem, requirat. Ergo In acutorum principiis raro purgandum.

Major per se patet. Minor demonstratur: si enim materia non turget, non solum raro, sed nunquam in principio purgandum. Si turget raro etiam, quia sèpè sanguinis missione utendum, nam sèpè cum inflammatione conjuncti sunt, & magnitudine. Cujus ratione, constante virtute, sanguinem ducere oportet ex sententia Hipp.

1. Ani- Quod in principio acutorum cum turget materia; non sequitur, quod ideo sit madu. purganda, cum venæ sectione potius, quam purgatione sit educenda, ut scripsit Hipp. *Septi transversi inflammations, & praecordiorum intentiones, in recta cervice, spiratione sicca, quibus pus non subest, & hepatis dolores, & splenis gravitantes, & supra septum transversum dolores, & morborum collectiones, solvi non possunt, si quis medicamento purgare aggrediatur: nam venæ settio in talibus precipuum est.* Hæc illæ: sed raro est acutus morbus sine his, ideo sèpè venam seccare, quam purgare licet, virtute constante, utrumque auxilium moliri possumus, convenit

convenit tamen magis purgatio in convulsione, colico dolore; aliisque ex frigidis causis magis morbis ortis.

Quod præmeditatio multas habet conditiones. Prima debet fieri circa remedii *Altera* electionem, an utendum sit phlebotomia, vel potius purgatione. Deinde si pur- *arima-*
gandum est, medicamenta eligendi, quæ minus noceant febri, omne enim me- *du-*
dicamentum purgans calidum est, atque siccum, vel effectum utrumque parit, in
acutis tamen sine febre hoc nocumentum non timetur. Præterea considerandum,
an intestina sint obstructa à stercore duro, tunc clysterem adhibemus. Nihil uti-
litatis afferre potest, unam diem expectare in turgente materia ad purgandum, ut
innuere videtur Gal. tum quod turgens materia præparationem (quod tenuis sit,
& velociter moveatur) non admittat, tum quod cunctatio illa periculosa est adeo,
ut occasio remedii transeat quamobrem scripsit Hipp. In valde acutis moribundis eo- 4. apb.
dem ipso dicitur, si ad sui expulsionem materiam incitet, differre enim in talibus malum .
Sunt & alia multa contraindicantia purgationem, ut morbi natura, ægri ætas,
tempus: quippe quæ omnia invicem ita comparare oportet, ut purgatio, quam
molimur, majus afferat juvamentum, quam nocumentum.

APHORISMUS XXV. Si qualia oportet purgentur, &c.

CUM Hipp. scopos evacuationis hactenus tractasset, an, quid, quantum, *Connec-*
quando, quo loco, quomo lo evacuandum esset; Nunc hæc omnia sub pau- *xiv.*
cis verbis ad memoriam reducit.

Conferentia, ac tolerantia laudabilem faciunt evacuationem.

Invent.

Ut duabus conclusionibus allatis, unde maximè sit purgatio laudanda, demon- *Ratio*
stret; fieri enim potest, ut aliqua conditio ex superioribus desit; & tamen vacua- *intant.*
tio sit bona.

Aph. brevitas divisionem non admittit.

Divisio

Bona evakuatio per exjudicanda est, quæ perpetuò cum illa junguntur.

Demæ-

Sed conferentia, ac tolerantia sola perpetuò omnem bonam evacuationem comi- *strat.*
tauntur.

Laudabilis igitur evakuatio à conferentia, & tolerantia iudicanda.

Major per se clara est. Minor verò probatur, quiam aliquando non solum
cruda, sed prava cum conferentia, & tolerantia elucuntur, qui invisi raro admou-
dum, ut crisis per urinas nigras aliquando accidit, & per variegata, & meraca aliis
excrements.

Quod Hipp. duplice ratione describit excrementorum expulsionem, altera per *1. An-*
excrements qualitates; altera per conferentiam, ac tolerantiam; nam in Progno- *madv.*
stico laudabile sputum assignans, primo modo ait tale esse, quod commixtum est
ex flavo, & rubro, citò, ac promptè expellitur; at secundo modo ait, omnia spu-
ta, quæ dolorem sedant, bona esse; sicuti quæ non sedant mala: secunda tamen
est fidelior descriptio: quia per prava crisis aliquando sit, ita & de purgatione dic-
endum, quod ea bona est, quæ sit humoris peccantis cocti, quantitate, tempo-
re, loco convenienti; sed melius per conferentiam, & tolerantiam, seu illa fiat
a natura, seu ab arte.

Finis Libri Primi.

RODERICI AFONSECA

In Secundum Aphorismorum Commentaria.

APHORISMUS I. Quo in morbo somnus laborem affert, &c.

Conne-
xis.

CUM Hipp. in praecedenti Libro de Morborum curatione per Diætam, Pharmaciam, & Chirurgiam pertractasset; In hoc Secundo Volumine accedit ad prognosticum: plurima enim ejus pars in cognoscendo morbi eventu consistit: licet nonnulla interponat, quæ ad dignotionem, & curationem magnopere conducunt. In prima igitur hæc intentia somnum assumit in considerationem, quid ex eo in acutis prædicendum sit, demonstrans.

Intent. Q[uod]o in morbo somnus laborem affert, est lethale, si vero levationem, non lethale.

Ratio Ut signa, quæ ex somno deducuntur, magni facienda sint à Medico, siquidem vel ex ipso solo & mortem, & salutem conjectari licet.

Intent. Dividitur Aph. in duas partes, in quarum prima mortem ex somno prædicendam; in altera vero salutem ostendit.

Divisio Illud, quod significat naturam superari à morbo, est lethale.
Demōstratio Sed labor ex somno significat naturam superari à morbo. Ergo

Labor ex somno est mortalis, & per consequens utilitas, ex somno salutaris. Major est per se clara. Minor autem ostenditur: quia per somnum maximè vicit calor innatus, quare major eo tempore pugna contra morbum. Quod si non solum noui leniuntur symptomata, sed augentur ex eo, signum est naturam morbo succumbere.

1. Ani- Q[uod]o tria querit Medicus de morbo, dignotionem scil. prognosticum, atque curationem: dignatio est necessaria, quandoquidem ex ea dependent reliqua duo. Prognosticum multis de causis Medico est necessarium; nam per istud non solum unius hominis, sed & universæ provinciæ morbos præcavet Medicus, per hoc Gloria Medici, ægri obedientia, Artis dignitas conservatur. Non immerito igitur Hipp. tam multa de illo ratiocinatur, tum in his libris, tum etiam in prognosticis, prorheticis, prædictionibus, & Coicis prænitionibus scripta reliquit.

2. Ani- Altera anima. Q[uod]o somnus nil aliud est, quam retractio caloris ad sua principia, ut qui per vigiliam dissipatus est, reficiatur; hic vero aliquando est naturalis, aliquando præter naturam, naturalis coctionem juvat, hominem alacrem facit, vites reficit, corpus humectat, lassitudinemq; tollit. Præter naturam autem fluxiones moveat, caput gravat, corpus enervat, & plus, quam ratio postulat, refrigerat.

3. Ani- Q[uod]o labor tria significat, exercitium, dolorem, molestiam, seu lesionem. madu. Hic in tertio significat sumitur, intelligit autem ex somno lesionem, non quamcumq; sed magnam, atque perseverantem, quale est delirium, convulsio diffici-

lis

lis respiratio, syncopis, coma, atque eo magis, si haec somnus afferat, quo tempore magis juvare solet in statu, vel declinatione ipsius accessionis; possunt tamen extremæ ex somno fieri lesiones nocte antecedente crisi, sed non perdurant, nos autem supponimus durare lesionem.

Quod æqualem vim habent in genere bona signa ad bonum, sicuti mala ad malum cæteris paribus; per accidens tamen contingit, ut certiora sint indicia ad malum, quam ad bonum, quia ad hoc, ut quis sanetur non solum sufficit hoc bonum signum, sed quo lalius moribus non superveniat, & quod nullus committatur error. Hic ratione factum est, ut Hipp. lethalem dixerit ex somno lesionem, sed juvamentum bonum tantum: at lethali opponitur valde bonum, nam quod somnus juvet, id à natura est, at quo d noceat, valde raro.

Quod à mortem prædicentim, aliquando unum sufficit signum, aliquando vero minime: ideo reliqua consideranda. Sic igitur Hipp. ex facie illa valde dissimili, si in principio apparet in morbo acuto citra causam manifestam, mortem prædicet; at si ultra quatuor dies conspiat, reliqua signa consideranda; ita in hoc, vel ex hoc uno signo mortem prædicet, licet tamen ad securitatem, & reliqua considerare, nam lethale ap. Hipp. non necessariam mortem significat, sed quæ ut plurimum adveniat.

Quod per somnum aliquando solent judicari morbi, si fuerit profundus, non turbidus; sed ut verò somnum nocturnum; ceterum considerandas esse per somnum palpebris etiam præcepit, si quid ex albo appareat, si id non ex alvi profluvio, aut medicamenti potionē fuerit, aut ægrotus non ita dormire confuerit, malum, ac valde lethale, nam ex hoc convulsio muscularum arguitur, qui palpebra movent, ex magna siccitate, & cerebrum exiccatum nimis, hoc tamen accidens refert Gal. ad virtutis imbecillitatem, quod non probatur.

APHORISMUS II. Ubi somnum delirium sedat, bonum, &c.

CUM in antecedenti Aph. de lesione, & juvamento ex somno sermonem habet, in praesenti exemplum adducit prædictæ sententiae.

Connexio.

Delirii sedatio ex somno, bonum portendit.

Intent.

Ut exemplum adducat, quid per lesionem intelligat, quam dixit ex somno fieri ad mortem, magnum scilicet symptomam, ut delirium, simul etiam & juvamentum ex somno, ex quo valde sperandum sit, indicet.

Ratio.

Aph. brevitas non patitur divisionem.

intens.

Quod in natura victoriæ indicat, bonum est.

Division.

Seditio delirii ex somno, mutatio victoriæ indicat.

Ergo

Demofrat.

Delirii sedatio ex somno, bonum portendit.

Majoclaræ, & aperta est. Minor demonstratur, quia delirii sedatio arguit materiam vel concepiti, ut in inflammatione, vel expelli, si ex humore procreatur, aut denique intemperari, si ex intemperie fiat.

Quod delirium est accidens animilis facultatis depravata, cogitationis, aut imaginationis. Est autem delirium multiplex. Quoddam enim est sine febre, aliud cum febre. Sine febre, vel est iners, ut stultitia, quæ quidem cuibuscum naturaliter accedit, aut ex ictu, vel sanguinis evacuatione, vel est stuolium, & melancholicum dicitur, per quod delipit homo cum metu, & tristitia, vel furibundè infant, seu à cerebro, seu ab hypochondrio causa mali fiat.

Delirium cum febre, aut est soporosum, quale dicitur lethargicum, commati-
cum, stupidum, aut vigil, & hoc vel est perpetuum, ut phrenitis, vel ex inter-
vallo

altera vallo adveniens, quale per ardentium febrium accessiones oritur.

ann- Quod, quamvis sedatio omnis delirii ex somno sit bona, Hipp. tamen loquitur
au- de ei, quæ sit in febre acuta, & cum vigilia, neque enim somnus soporosum de-
t. t. t. i. t. lirium sedare potest, cum illud augeat, sed magis vigil, atque tunc potentius est
signum ex somno, quando delirium continuum sedat: & sedatio illa fit secundum
rationem, & perdurat, tunc enim certam salutem denunciat, alioquin non qua-
v. Ad- vis sedatio delirii fida, aut secura est, velati in Phelini uxore, cui quidem ex
natur. somno delirium sedatum est, & tamen mortua est, neque enim erat delirium per
difficultatem, anxiitudinem, aut syncopem sedaverit, sicut, si aliquod ex his af-
ferit somnus lethale.

4. Ant- Quod ex hoc uno accidente possumus nos ad reliqua argumentari. Si somnus sol-
madv. vens delirium bonum est signum, bonum etiam erit, si convulsionem vel spirandi
difficultatem, anxiitudinem, aut syncopem sedaverit, sicut, si aliquod ex his af-
ferit somnus lethale.

5. Ad- Quod quando Hipp. de aliquo signo, quod manifestè bonum est, vel malum ;
natur. bonum, aut malum pronunciat, non absolute solum id intelligendum est, sed
quod bonum amplius occultam bonitatem, malum occultam malitiam indicent,
quia non solet scribere ei, quæ omnibus nota sunt. Cum itaque ait, bonum esse
se fieri delirium, ex somno, non solum id, sed superare naturam ipsum morbum
ostendit, sicut contrarium, si delirium excitet.

6. Ant- Quod mentem laedi per delirium existimavit Hipp. mentemque esse scripsit ali-
madv. quando in cerebro, aliquando in corde, aliquando vero in sanguine: sed in corde
In Cae- ponitur, tamquam in principio; in cerebro autem tamquam in instrumento pro-
presag. prio, in sanguine vero, tamquam in instrumento communi. Quare cum homo
delirat, necesse est aliquod ex his effici, exemplum cordis habes libro de virginum
morbis; cerebri vero, Libro de morbo sacro; Sanguinis Libro de flatibus: nam
homo sapit: cum sanguis bene se habet, ac temperatus est: desipit vero, cum
corrumperit, & alteratur.

7. Ant- Quod insomnia in phreniticis evidenter, bonum portendere scripsit Hipp. Con-
madv. tra in Propheticis phrenitidem portendere. Sed solvit, quoniam illic de non tur-
bulentis insomniis loquitur, hic vero de turbulentis: dicuntur autem turbulentia,
quia pariter ab adstantibus, & ipsis ægris vociferantibus, ac terrefactis præsen-
tuntur. Sed dices, quomodo phrenitici desipientes, vel dormire, vel narrare
insomnia possunt? Dicimus inclinari aliquando phreneticum ad somnum, in quo
evidenter adstantibus somniare videtur, & talia insomnia bona sunt: quia signifi-
cant naturam ad somnum aliquo pacto inclinari, quod bonum est, nisi jumægro
debili existente, id accidat.

Quod signa, quæ deliria indicant, sunt Hipp. retrocessus parotidum capitis
pullus, vertigo, urina tenuis, aut rubicunda, dentum stridor, spiratio magna,
& rara, spuma rotunda, lingua resiccata, aut tremulans.

APHORISMUS III. Somnus, & vigilia utraque si, &c.

Cun- **C**UM Hipp. in antecedentibus Aph. de somno in particulari verbi fecisset;
xt. quatenus in acutis morbis, bonum, vel malum portendit; In hoc univer-
filter non tantum de somno, sed de vigilia sermonem instituit in eandem inten-
tionem.

Intent. Somnus, & vigilia, ubi modum excedunt, malum.

Ratio Ut ostendat non solum res præter naturam nocere, verum etiam naturales, qua-
m. ent. les

Ies sunt somnus, & vigilia, si extra modum sint: deinde, ut si haec in sanis accidunt, futurum morbum praecaveat Medicus, qui ex illis significatur frigidus **ex domino**, calidus **ex vigilia**. Tertio ut in morbis ex utroque malum conjectemus.

Hujus sententiae brevitas divisionem haud patitur.

Id quod aut morbum futurum indicat, aut praesentem augeri significat, est **malum**.

Somnus, & vigilia ultra modum, aut morbam pronunciant, aut praesentem deteriorem indicant.

Somnus igitur, & vigilia modum excedentia, malum.

Major per se patet. Minor probatur, quia somnus praeter modum plenitadinis indicium est in sanis, quare morbi nuncius. In ægris malum & ut causa, quia naturam debilitatem, & ut signum, quia excedentem humiditatem, aut fragilitatem significat: eadem ratione vigilia in fano calidam indicat morbum, in ægro, & ut causa vires dissolvit, & ut signum cerebri siccitatem, ac caliditatem denunciat.

Quod somni modus consistit, ut sit mediocris, quantitate, qualitate, & tempore. Ubi igitur aut multis est, aut profundus, aut commutatus, modum excedit: nam naturalis somnus quantitate decimam horam non excedit, qualitate suavis, neque admodum profundus, tempore nocturno, uti confuetum est, ubi igitur haec fuerint transmutata; malum protenditur, minus in sanis, majus in ægris, & magis adhuc in acutis. Est autem pessima febris, quæ perpetuam inclinationem habet ad somnum, sicuti, quæ perpetuam vigiliam, magis tamen timendum somnus in calido morbo, & vigilia in frigido, quia malignitas morbi manifesta est ex illis, sicuti pejus est in ardenti febre non sitire, quam sitire.

Quod somnus ultra modum, dupliciter fieri potest, aut praeter consuetudinem, aut praeter naturæ necessitatem, intelligit Hipp. de somno ultra naturæ necessitatem, quia fieri potest, ut somnus duorum, aut trium dierum non sit malus immò bonus in iis, qui diu vigilarunt, veluti etiam in pueris, hic ergo somnus est quidem in ultra consuetum dormiendi tempus, sed non ultra naturæ indigentiam, ideo somnum, & vigiliam ultra modum intelligere oportet mala esse, non solum praeter consuetudinem, sed praeter naturæ necessitatem, augetur enim calor per somnum quantitate, per vigiliam qualitate, quare necessaria fuit alteratio utriusq; est tamen somnus propter vigiliam institutus, qui calidum ad vigiliam præparat.

Quod somnus tantæ est efficacia in nobis, ut non solum ad sanitatem, sed & ad vitæ longitudinem sit potentissimus, maximum enim est cruditatis remedium, & virium restaurator, decet igitur multum dormire, atque potissimum in cruditatis, crapulam enim, & ebrietatem discutit somnus, quo tempore non solum nocturnus, sed etiam diurnus confert; quare à Cardano reprehenditur Ficinus, qui ad vitæ longitudinem putat conducere surrectionem ante diluculum: quippe illo tempore maximè somni juventuta manifestari ait; ideo potius dormiendum; sed Ficinus supponit capiendum somnum prima nocte ad satietatem, ut postea cum Sole homo ad actiones se accingat expeditissimus.

APHORISMUS IV. Non satietas, nec fames, &c.

CUM in antecedenti Aphorismo de somno, atque vigilia, modum excedentibus verba fecisset, in hoc de fame, & satietate, deque omni alia in nobis actione ultra modum producta sermonem habet, & quemadmodum antecedens primum Aphorismum continet; ita hic antecedentem, quoniam universalior est.

Dicitur
Democritus.

3. de dicta

1. Anno
madu.

2. Ante
madu.

3. Ad.
Hipp. 2.

Hipp. 2.
act.

Nil,

Qwent. Nil, quod modum excedat, bonum, seu ad famem, & satietatem, seu ad aliud quipiam pertineat.

*atio
invent.* Ut Medicus, ubi videt mutatam consuetudinem, in sanis accurate se habeat, & prævideat, ne aliquod malum occupet, in ægris vero magis formidet excessum, cum jam præter naturam habeat, ideoque cautius procedat.

Divisio Hujusmodi sententia in duas partes fecari potest, in prima conclusionem ponit de fame, & satietate, in altera vero ad alia omnia traducit sententiam.

*Demo-
bratio.* Quidquid naturæ contrarium est malum.
Sed omnis excessus naturæ est contrarius.

Ergo

Omnis excessus malus.

*Hipp. I.
de nat.
bom.* Major est clara. Minor autem ostenditur; quia natura nostra in mediocritate consistit, & per consequens sanitas, & vita.

*I. Ad-
notat.
Gal. lib.
art. me.* Quod fames fit inanito, & indigenti corpore, sentitur autem in ventriculo; in reliquis vero membris non sentitur. Hinc fit, ut famis, & satietatis modus quidam sit determinatus quantitate, qualitate, & tempore, temperata enim natura tantum appetit, quantum concoquit. At ubi iste modus corrumptur, necesse est male se habere corpora; nam fames ultra modum vel magnam significat inanitionem, vel intensam frigiditatem, vel ~~κακοχρυσίαν~~, veluti latias plenitudinem, vel bilis abundantiam, aut vehementem intemperiem.

*Altera
animata.
dv.
3. epid.* Quod fames, & satietas non solum ventriculi affectiones significant, sed hepaticis, & venarum. Memorabilis vero casus est Uniadis, de quo scripsit Hipp. qui cum jejunus esset, sucum vehementem, & dolorem sentiebat: cumque validis medicamentis purgatus esset, sanari non poterat; convaluit tandem secta utriusque brachii vena, donec exanguis fieret, verisimile igitur est, sanguinem biliosum, & acrem illam affectionem procreasse. Sed dices; Bilis famem non facit, sicut neque alia calida intemperies, unde scripsit Gal. ventriculos calidos minus appetere: nam bilis in stomacho magis sitim, quam famem inducit. Sed dicendum bilem per accidens famem inducere, & magis in venis, quam in ventriculo, quia membra nolunt ex ea nutriti; Vidi hominem Regio morbo affectum, qui quidem aliquando in tantam incidebat famem, ut satiari, non posset: aliquando vero in satietatem magnam; trahebant enim venæ à ventriculo, sed nutriti non poterat corpus ex biliolo humore, unde fames primò oriebatur magna, inde vero inappetentia recurrente ad ventriculum rursus humore bilioso. Sed dices, qua ratione in venis excitat famem bilis, quia corpus ex ea non ita nutritur, eadem deberet famem inducere in ventriculo. Non tamen est eadem ratio, quia ventriculus non solum appetit appetitu naturali insensibili nobis, sed sensibili: quare non eandem parit affectionem bilis in eo. Aut dicendum bilem, licet sua caliditate inappetentiam excite, sua acrene famem inducere. Quando igitur magis mordet, quam calefacit, famem: quando magis calefacit, quam mordet, inappetentiam parit.

*3. Ani-
madv.
Gal. li.
art. me.* Quod excessus dupliciter consideratur, vel in temperata natura, vel in ea, quæ temperata non est. Rursus intemperies, aut est naturalis, aut morbosa. Modus temperatae naturæ est, ut tantum appetat, quantum concoquere potest, intemperatae vero calida magis concoquit, quam appetat, frigida è contra. Ubi igitur mutetur iste modus proportionalis, malum indicat Hipp. sed pejus in morbosa jam natura.

*4. Ani-
madv.
1. artis
mad.* Quod excessus, qui fiunt in nobis, ad tria accidentium genera referuntur, operationem, excrementa, & mutatam qualitatem. In omnibus consideretur quantitas, qualitas, & tempus; atque id dupliciter, vel secundum paryum excessum, & faciunt

Faciunt corpus neutrum, vel magnum, constituant ægrum. Ad operationem mutatam pertinet mutatio tam in sensu interno, quam externo, in pulsu, respiracione, appetentia. Ad excrementa, mutatio in urina, fece, muco, sudore, haemorrhoida, menstruis, item sternutamenta, ructus, singultus, flatus. Qualitatis mutatio corporis habitum comprehendit gracilem, aut crassum, itemque alias qualitates secundas in odoribus, saporibus, coloribus, sonis. Quare scripsit Hipp. qualiaque per urinas, & alvum subeunt, atque per carnes abeunt, & si 7. Aph. qua alia ratione corpus à natura recedat, spectare oportet: nam si parum, parvus *ult.* morbus, si multum, magis, si valde multum, jam tale fuerit perniciolum; nec solum damnandam mutationem in malum, sed etiam in bonum, si ultra modum fuerit existimare oportet.

Quod satietas duo significat, inappetentiam, & nimiam repletionem. Primum intendit Hipp. sed vera sententia est etiam de secunda, valde enim magnam vim habere ad sanitatem scripsit Hipp. *non satiari cibis, & esse impigrum ad labores.*

APHORISMUS V. Spontaneæ lassitudines, &c.

CUM in antecedentibus à rebus naturalibus signa sumeret non modò ad distinctionem, sed prædictionem. In præsenti Aph. rem præter naturam assument, non tamen in eo excessu, quo morbum constitutus, sed prænunciat, sicuti, & excessum rerum naturalium in præcedentibus sumebat, non ut actu & ægrum, sed neutrum constituit.

Spontanea lassitudo morbos prænunciat.

Ut Medicus commoda remedia in tempore adhibens, futuros morbos præcavat.

Brevitas Aph. divisionem non patitur.

Id, quod vel plenitudinem, vel καρκυμίαν, vel utrumque indicat, morbos prænunciat.

Spontanea lassitudo, aut plenitudinem, καρκυμίαν, aut utrumque vitium indicat. Ergo

Spontanea lassitudo morbos prænunciat.

Major probatur, quia morbi, qui ex humorum vicio procreantur, ex aliquo istorum nascuntur.

Minor demonstratur, quoniam in lassitudine spontanea; natura mittit humores ad musculos, & carnes extra venas, gravata humoris quantitate, aut qualitate, vel utroque; unde timor est obstructionis, putredinis, inflammationis, & febris.

Quod lassitudo est dispositio, seu accidens quod refertur ad motum cum molestia, & pigritia. Ideo omnis lassitudo est dolor, quia omnis molestia dolor est. Penes igitur doloris species, quas lassitudo inducit membris, variæ lassitudinis species nascuntur. Si igitur dolor fuerit gravans, lassitudo dicitur tensiva, si pungens, ulcerosa, si ambo sentientur, phlegmonosa, si ossa veluti contundi videantur, ut in Quartanis; sed hæc non distat a reliquis, nisi, quod in illis magis mituntur humores ad musculos, & cutim, in hac vero ad ossa, & membra interna. Est & lassitudo quedam, que arefactiva dicitur, ex nimio exercitio proveniens, per quam membra exsiccata sunt nimis, sed hæc spontanea esse non potest.

Quod lassitudo ratione causæ multis habet differentias: quedam enim fit sine motu, & spontanea dicitur, patientibus musculis similem dispositionem illi, que fit iis ex motu tensis, ac delassatis. Alia est lassitudo non spontanea, que ex nimio motu

Contra-
xio.

Intent.

Ratio
intent.

Divisio

Demo-
strat.

1. Adm.

Alteria
anim-
adv.

2. de
dixita
Hipp.

*motu exoritur, & tripliciter accidere potest, aut in exercitatis, cum multum se
exerceant, aut exercitatis, sed exercitio non assueto, aut exercitatis assueto exer-
citio, si excedat. Fit autem lassitudo ex labore, colliquata carne, & consumpta
humiditate adiposa, unde humor transmittitur per carnes, veluti in febribus ac-
cidit aliquando.*

*3. Ani-
mado. Quod omnis lassitudo morbum parere potest, sed magis spontanea; quia à cau-
sa interna nascitur, ideo magis timenda, qua ratione facilius est solutu omne vi-
tium à causa externa, & manifesta ortum dicens, dummodo naturam humanam
non supererit, ut in peste. Quare in Prognostico minus malas esse affectiones, ac
non multum timendas, si à manifesta causa nascantur, ut faciem illam horrendam,
si fame aut vigilia accidat, non ita extimescendam ratus, veluti si occulta ratione
nascatur.*

*4. Ad-
notac. Quod remedia lassitudinis spontaneæ, sunt vacuatio, vel per sanguinis missio-
nem in plethora, vel purgatione in ~~καρκυμία~~, vel utraque: faciunt quoq; cru-
di humores lassitudinem, qui coquendi iunt, & attenuandi, ac expurgandi.
de dict. Laboriosa verò lassitudo balneo, frictione, unctione, ambulatione, & purga-
tione, si opus fuerit, tollitur, est autem lassitudo fere plenitudinis comes, ideo
& vomitu, & diaeta illam curat Hipp.*

*5. Ad-
futu-
rit. Quod lassitudo sit etiam in febribus colliquato humore, & indicat Hipp. futu-
rum ad articulos abscessum, nisi urinæ multitudo procedat, & liberet. Est autem
4. apb. lassitudo, seu delassatio malum signum in acutis, ut articulorum confractiōnes :
74. malignitas enim morbi eo demonstratur, & animalis virtutis imbecillitas. Quare
de pro. converti facile, & in attollendo se promptum esse, bonum pronunciandum scrip-
tit Hipp. veluti malum, corporis gravedinem, potens sanè hoc signum ad robur
dignoscendum, & imbecillitatem.*

APHORISMUS VI. *Quicunque dolentes, &c.*

*Conne-
ctio. CUM in antecedenti Aph. tractasset Hipp. de lassitudine, quæ species est
quædam doloris. In hac sententia præceptum tradit ad ipsum dolorem perti-
nens celebre, magnæque utilitatis.*

Intent. Causa doloris præsente, si dolor non sentitur, mens ægrotat.

*Ratio. Ut moveat contra vulgi opinionem doloris ablationem, non semper bonam esse;
intens. quinimò magnum malum ex hoc significari, si præsenti causa dolor non sentitur.
Præterea, ut ex hoc Mensis turbationem Medicus prænunciet.*

Divisio. Hujus Aph. brevitas, & continuitas divisionem non patitur.

*Demo-
stratio. Ubi aliqua necessariò concurrunt ad operationem, læsa operatione, necesse est
aliquid ipsorum lædi.*

*Sed mens, & pars, quæ sentit necessariò ad sensationem concurrunt. Ergo
Si pars non sentit sana existens, mens ægrotat.*

*Major per se clara, & aperta est. Minor probatur: nam sensatio, quæ fit in
parte, necessariò communicari debet principio, alioquin sensus sequi non potest.*

*1. Adn. Quod ad sensationem multa sunt necessaria: objectum primo, quod sentiri de-
bet, deinde vero pars, quæ sentit; tertio instrumentum universale calidum inna-
tum, & spiritus quippe qui tum per nervos, tum per arterias confluit, & mens,
Hipp. igitur supponit hic partis sanitatem, objectum præsens; si igitur tollitur
sensus, necesse est mentem lædi, & tolli instrumentum ipsius sensus, spiritum sc.
vel à corde, vel à cerebro transmissum, mens enim & in corde, & in cerebro po-
nitur ab Hipp. ubi igitur causa doloris præsente non sentitur in parte, necesse est men-
tem*

tem ægrotare, ut patet in phreneticis, qui quidem nec famem, nec sitim sentiunt. Si vero cerebro illæso pars non sentiat, necesse est partis temperamentum esse corruptum, ut in gangræna, & in doloribus à causis malignis: nam in pleurite magna, dolor non sentitur, tamen est signum Pathognomonicum, quia partis temperies corruptitur.

Quod dolor non est sensatio aliqua, neque aliquod sensus objectum, sed molestia, quæ oritur ex sensatione cause corruptentis naturam, & à sua harmonia distractentis. Duplex verò est doloris significatio, altera communis, qua ratione ^{altra} ^{animæ} omnis morbus usculus dicitur, & dolor, quia molestiam assert: altera particularis, qua solum dolorem appellamus insignem molestiam. Hic rursus duplex, vel à causa naturali procedens, ut famæ, & sitis, vel à causa præter naturam, inflammatione nimirum, vel scissione, vel ruptura. De hoc secundo loquitur Hipp. quia dolor in primo significatu non arguit mentem ægrotare, nec loquitur in sanis, quia si in illis dolor non sentitur, potest contingere, non solum, quia mens ægrotet, sed quia aliò sit intenta, ut in iis, qui pugnant, non sentientes dolores eo tempore. Intelligit igitur in ægris præcipue, & de magna molestia.

Quod si quis velit sententiam universalem reddere, ita dicere oportet. Si præ- 3. Ad sens causa doloris non sentitur à membro, necesse est, vel mentem ægrotare, vel nat. aliò esse intentam, vel sensum partis esse ablitum, vel læsum instrumentum sensus particulare, spiritum animalem, vel universale, calorem innatum. Mens verò hic ab Hipp. accipitur pro sensu interno, seu ad imaginationem, seu ad cogitationem, seu memoriam relatio habeatur. Quod verò assert Gal. actionis læsionem partem læsam indicare, id verum esse intelligendum est, vel immediate, ut de actione naturali, vel per consensum, ut de vitali, & animali, quia læsio, non solum supra membrum, arguit sed vel in principio, vel instrumento læsionem indicat.

Quod doloris sedatio sine causa manifesta est, de qua potissimum loquitur Hipp. ideo scripsit perniciose anginas, quæ non manifestum dolorem faciunt; tunc enim indicium est, vel mentem ægrotare, vel partis sensum ablatum, occultatur verò dolor præter rationem cum non præcessit vacuatio aliqua, nec in die indicatoria facta est sedatio, futurum enim, vel delirium, aut aliquid horrendum significat.

APHORISMUS VII. Quæ longo tempore extenuata sunt, &c.

CUM in superioribus egisset Hipp. de præcautione, quæ fit in neutrīs decidentiæ, nunc de restauratione neutrorum convalescentiæ agit, & præcep- Conne- tum tradit ad refectionem extenuatorum per quām utile. xio.

Quæ longo tempore extenuata sunt, sensim reficiere oportet, quæ vero, brevi, repente. Inten- vi.

Ut modum doceat reficiendi, non penes majorem, aut minorem consumptio- Ratio nem, ut putarunt nonnulli, sed penes motus celeritatem, scil. & tarditatem exten- tuationis. intent.

Potest hæc sententia in duas partes secari: quarum prima, ad eos pertinet, qui ex longo tempore extenuati sunt: altera verò ad illos, qui brevi, & repente. Divisiō.

Reditus ad statum naturalem debet esse similis recessui. Demōstratio.

Longo igitur tempore extenuata, sensim: brevi, repente sunt reficienda.

Antecedens ostenditur ratione à consuetudine ducta; nam quæ longo tempore consumpta sunt, paulatim: quæ verò brevi, repente assueta sunt extenuari. Quare si quis extenuationis motum mutet; ita, ut illa brevi, hæc sensim replet, lexet non mediocriter. Consequens manifestè deducitur,

Quod

Ani- Quod extenuatio duplex est, altera, quæ fit ex evacuatione sensibili, aut insensibili, ubi modum excedit; altera, qua oritur ex caochimia. Prima repletione curatur: A' tera vero evacuatione. Exemplum habes apud Gal. qui accessitus ad curationem Mulieris extenuatæ, præter omnium Medicorum sententiam, illi plures sanguinem misit, & sanata est, defecerant enim illi menses; venæ preterea tumideæ, & sanguineum causam extenuationis esse: quem membra resipiunt, non fecus ac ventriculus pravum alimentum detestatur. Sumpsit tamen Gal. curationis modum ex Hippo. 5. Epid. viri in Oeniade.

Alteri- Quod extenuatio à vacuatione quædam est parva, quædam mediocris, & quædam magna. In prima sanguis solum, aut spiritus exhalavit: in altera vero etiam pinguedo, & adeps: in tertia autem partes solidæ, ut carnes, venæ, arteriæ.

Prima, & secundæ extenuationis signum est cutis laxatio: tertia vero contentio cum flavedine. Quod scripsit Hipp. in extenuatione primum laxari cutim, deinde circumtendi. Contra in repletione. Ait Gal. in longis morbis, non solum humores, sed partes solidas extenuari; ideo sensim reficiendas: Contra in brevibus solum humores, & spiritus; ideo repente nutriendum esse. Sed cum in colliquanti febre, quæ acuta est etiam pars solidæ consumatur, ratio universalis Aph. non est vera, quia aliquando oportet in longo morbo breviter, in brevi sensim reficeri.

Melius ergo est refectio non penes majorem, aut minorem extenuationem describere, sed penes recessus modum à naturali statu; nam, quæ brevi extenuantur, brevi reficiendi sunt; sed contra, quæ sensim, ex longo tempore, ut cumque facta sit extenuatio.

3. Ani- Quod refectio fit non solum per cibum, & potum: Verum etiam per reliquias non naturales, somnum seil. exercitiū, vacuationem, aerem, animi passiones, ad mediocritatem redacta; & quamvis corpora recenter extenuata sint, & vehementer, tamen repente sunt reficienda, quia cibos habemus, cui multum nutriunt, & facile coquuntur, ut pira, stillata, consumpta, expressa, pista, ova sorbillia, vina; reficiunt quoque odores, epithemata cordi admota.

4. Ani- Quod cautio adhibenda est in refectione, quæ repente fieri debet: nam Hippo non reficit ægros, nisi per duos, aut tres dies post iudicationem, & in ipsa refectione, ita celeriter reficere oportet, ut non afflatim fiat refectio, sed sensim, tum ob debilitatem caloris, tum quoniā convalescentes magis appetunt, quam concidunt, ob membrorum inanitionem. Refectio igitur ab odoribus incipienda est, hinc ad potus, inde ad sorbilliones, postea ad cibos huinidiores, inde sicciores, ita ut tempus refectionis sit æquale temporis extenuationis.

APHORISMUS VIII. Si à morbo cibum assumens, quispiam:

Conse- CUM de convalescentium refectione verba ficeret in superiori, atque eo modo illos reficiendos esse tradiderit, quo consumpti fuerunt. Nunc praceptum aliud utile circa refectionem adducit.

Inten- Convalescens, qui non reficitur à cibo, aut plus assumit, quam decet, aut purgatione indiget.

Ratio Ut ostendat non sufficere ad refectionem allatum supra observationem; sed sumendum alimentum ad vitium proportionem, & corpus inundum esse debere. Quare ubi non succedit, vel de cibo detrahendum, vel purgandum.

Dicatio Dividitur hæc sententia in duas partes, in quarum primi, docet quando excessu alimenti non reficitur corpus: in altera autem quando i. caochimia id prohibet.

Demis- Cibi cruditas detractionem requirit, corruptio vero purgationem.

Sed

Sed corpus convalescens, si non reficitur, aut non coquitur cibus, aut corrumpitur.
Ergo

Convalescentis corpus, nisi reficiatur, vel cibi detractionem, vel purgationem requirit.

Major certa quidem est. Minor probatur, quia nulla alia est ratio, cur à cibo non reficiatur corpus; quam, vel quia crudus manet ab excessu, quod ex appetencia cognoscitur; vel, quia corruptitur à morbi reliquis adhuc in corpore existentibus: indicia sunt inappetentia, fatis, oris amaritudo, vigilia, aut quidquam aliud modum excedens naturæ.

Quod dupliciter potest cibum appetere convalescens, vel naturaliter, ex inanitione, tunc nisi reficiatur, plus affumit, quam decet, vel præter naturam ob intemperiem frigidam, aut inordentem humorem, tunc non solum indiget detractionem, sed purgationem. In primo casu calorem innatum fovemus, cibum detrahimus. In altero autem paulatim purgamus, & reficimus; qui quidem modus epierasis dicitur.

Quod status corporum triplex est, secundum naturam sanorum, præter natu- *Actora*
ram ægrorum, & medius neutrorum. In omni statu alimentum ad proportionem *animæ*
ejus, quod consumitur, & virtutis dari debet, si quis verò sanū alimentum nea- *dvi.*
tro, neutri verò ægro exhibet, magnopere lædet; magis enim offendere in ægris *7.48b.*
sanorum alimentum, scripsit Hipp. quām jumentorum sanis, veluti etiū, si *75.*
quis sano ægri nutrimentum adhibeat, sano morbus sit; In unaquaque enim natu- *De ve-*
ra tantum date oportet, quantum vires confidere possunt sine detimento. *terme*
dic.

Quod Hipp. in convalescenti magis laudat inappetentiam, quam immoderatam *3. Ante-*
appetentiam, cuiā prima temporis tractu melius appetit, altera verò in fastidium *madr.*
incidit. Quod verò dicitur *corpus*, quia non appetit, purgatione indigere non in- *Intra-*
teligit, ut semper sit facienda purgatio, quia natura poterit superare humoris *spb. 32.*
reliquias, ad majorem tamen securitatem ponitur purgatio.

APHORISMUS IX. Corpora, cum quis purgare volet.

CUM antecedenti Aph. docuisset Hipp. purgandos esse, eos qui à cibo non *Connex.*
reficiuntur modicè eum sumentes, nunc quid faciendum sit ante purgatio- *xix.*
nem docet, præceptum tradens utile, & necessarium.

Corpora, purganda, ante purgationem fluxilia facere oportet. *Intent.*

Ut Medicus removeat impedimenta, quæ difficilem purgationem reddunt, ita *Ratio*
enim cum tolerantia fiet, alioquin tormina, & dolores excitabit. *Intent.*

Bravitas hujus sententiae divisionem non fert. *Dicatio.*

Medicus cum purgat, intendit conferentiam, & tolerantiam. *Demo-*

Sed sine præparatione corporis ista non fiunt. *stratio.*

Ante purgationem corpora præparare oportet.

Major per se patet, debet enim Medicus ita curare, ut juvet, & non noceat; *1. An.*
quod scripsit Hipp. ut agat quæ citò, citò; quæ purè, purè; quæ citra dolorem, *Lib. 1.*
ut quam minimus dolor sentiatur. Minor offenditur, quia si humor non sit fluxilis, *acte. 1.*
vix impedit; purgatio cum tormine, dolore, anxietate, & nausea fiet, & labore.

Quod præparatio, vel pertinet ad humorē, vel ad partes corporis, per quas *1. An.*
educitur humor, præparatur attenuatione, incrassatione, & coctione. Corpus *1. b. 1.*
vero viat in apertione, humidatione, assuefactione, & motu. Ceterum atte- *22.*
nuatio, & incrassatio ad coctionem præparant, maxime enim cedit coctus humor; *ideo* scriptit. Concocta Medicari, Attenuatur igitur humor crassus duplixi auxi-

lio, & à calidis, & à temperatis, & frigidis, quia humor crassus fieri potest, & à calore parte tenui exhalante, & à frigiditate congelante. In frigidis ergo mediocriter attenuant, mulsa, oxyphilus simplex, inde compositum; amplius syrups de stachade, de quinque radicibus, de calamentho, epithymo, in crasto humore à causa calida, prisana, syrups, de pomis, jura, serum. Humor verò tenuis ad purgationem non eget incrasratione, nisi sit imbibitus: at si quando incrasatur, est propter coctionem; nam coctio non solum sit à calore innata: sed à Medicamentis reducentibus temperiem.

Altera **ad hum.** Quod viarum apertio comprehendit canales, per quos excrementa, ut humores, educi solent, seu ad intestina, seu ad menses, urinas, os, nares, aures, Fit verò ista apertio in intestinis, abstersione, & mollificatione, maximè per clysteres; in venis aperientibus, incidentibus, laxantibus. Illud verò ex Hipp. notandum, qui per superiora purgans alvum sistit, per inferiora verò, laxat. Humectatio quoque corpora præparat ad purgationem, & fluxilia facit; ea verò fit balneo, fomento, cibo, atque potu, ideo observant Medici Austrinum tempus ad purgationem. Assuefactione corpus præparatur ad vomitum, levioribus primum, sicuti ad dejectionem per clysteres. Motus quoque corpus præparat assumentem medicamento, ideo scripsit Hipp. Poto Helleborō, corpus movendum potius, quam somno tradendum: nam vel navigatio indicat, motione turbari corpora. Vigilia quoque omnem promovet excretionem præter sudorem, qui per somnum magis excernitur.

4. apb. pto medicamento, ideo scripsit Hipp. Poto Helleborō, corpus movendum potius, quam somno tradendum: nam vel navigatio indicat, motione turbari corpora. Vigilia quoque omnem promovet excretionem præter sudorem, qui per somnum magis excernitur.

3. Adn. Quod vox isti purgari non solum de dejectione sit intelligenda, sed de omni alia expulsione, seu per vomitum, urinas, menses, hæmorrhoidas, sudores illa fiat, nec solum fluxilia facere corpora oportet, cum hæc medicamentis movemus, sed & cum sanguinem mittimus ubi crassus fuerit, quod observat Hipp. in apoplecti-
4. acut. cis, aut iis, quibus interceptæ sunt venæ, obmutescientibus, sanguis enim præparari debet prius ad expulsionem frictionibus, fomentis ex oleo calido, ut fluat ad sectionem.

APHORISMUS X. *Impura corpora, &c.*

Conne- **I**T A connectitur hæc sententia cum octava superiori, ut eius cum suo effectu, **xii.** docet enim, cur corpora purgatione indigent, quæ à cibo modico non robo-
rantur ex morbo.

Intent. Impura corpora quanto magis nutries, magis lades.

Rati- Ut impura corpora non nutriamus, sed prius vacuemus.

Intent. Brevitas hujus sententiae divisionem non admittit.

Divisi- Id, quod auget pravorum humorum quantitatem, & malitiam, quanto magis **Demo-** dabatur, magis laderet.

frat. At alimentum in corpore impuro auget & quantitatem, & malitiam pravi hu-
moris.

Corpus igitur impurum, quanto magis nutries, magis lades.

Major per se clara est. Minor prospicit, quoniam ex adjectione alimenti in corpore impuro augetur quietitas, & servatur qualitas.

1. Ani- Quod tres sunt statutus corporum, impurorum, & ztorum, neutrorum cum de-
misi. cidentia, & convalescentia, de quibus omnibus vera est hujuscemodi sententia, quod quanto magis nutriuntur, magis laderuntur.

Altera Quod nutritio, quæ corpori adhibetur, vel est ad robur, & refectionem, vel **adn.** ad conservationem, & necessitatem vitæ. Primo modo non debent nutriti corpora impura; sed secundo modo nutriti debent.

Quod

Quod impura corpora dicuntur, vel propriè, ut in *κακοχυμίᾳ*, & putredine; vel impropriè, ut in *πλευθήρᾳ*, *πλευθήρᾳ* autem, & *κακοχυμίᾳ* evacuationem postulant, inde refectionem. Putredo ubi ei est insignis alimentum requirit. Nec de his loquitur Hipp. quoniam in hoc casu ob necessitatem nutrimur propter vires, & quia humores omnino sunt inepti ad nutritionem, ideo major est utilitas, quæ sequitur ad nutritionem, quam impuritas ex corruptione. Adde nutrimentum, quod in putredine exhibemus attemperans esse debere, quare attemperatur, & corrigitur putredo, ut in cacochezia, cum adsunt humores non ita confecti, nec vires ita debiles, minus indicatur de cibo. Sunt autem cibi attemperantes jura pulorum, ptisana cuin bolo armeno, succo limonis, aliisque ejusdem rationis.

Quod impura corpora, quæ agrotant manifesta habent signa. Neutra verò de- 4. Ani-
cidentiæ dignoscuntur tum in operationibus, tum excrementis, & qualitate mu- madu-
tata, de quibus multa Hipp. Neutra verò convalescentiæ, de quibus potissimum 3. de die-
loquitur hic Hipp. sua quoque habent indicia manifesta, adeat enim inappetentia,
situs, somnus, aut vigilia præter modum.

Quod corpus dicitur impurum dupliciter, vel extra solum, vel intus, solum, 5. Adm.
vel intus, & extra. In primo casu licet nutritre corpus tuto, in alteris verò nequaquam, sed parcare prius oportet. Cognoscitur autem impuritas intra ex impuri-
tate excrementorum, urinæ potissimum. Ubi verò pura sunt excrements, tunc
corpus mundum est ad jura, ut scribit Hipp. infra. apb. 15.

Quod in omni impuro corpore debili, tutum est uti epicrasia. Et autem epicrasia- 6. Adm.
paulatim vacare, & paulatim replere, quæ maximè convenit in neutrī con-
valescentiæ oportunitatem, & incipiā calorū, nam neutrī decidentiæ, non pau-
latim, sed semel evanescunt, quia adeat virium robur. In plethora quidem
sanguinis missione. In *κακοχυμίᾳ* vomitu, seu dejectione.

APHORISMUS XI. Facilius est potu refici quam cibo.

CUM antea VII. Ash statuisset Hipp. reficiendos esse convalescentes pro tra- Conne-
tione extenuationis, sensim scilicet illos, qui longo tempore, breviter autem xii. illos, qui brevi erant extenuati: Molto sententiam afferat al ipsam refectionem
utilen.

Facilius est humido reficere quam siccō.

Intent.

Ut qualitatem ciborum indicet ad reficiendum aptissimam, atque eo magis , Rati-
quo citius nutritre intendit.

intent.

Brevitas sententiæ divisionem hanc patitur.

Divisio-

Quod facilis transmutatur, distribuitur, atque unitur, facilius reficit.

Demo-

Humidum facilius transmutatur in ventre, distribuitur, & unitur. Ergo frat.

Humidum alimentum facilius reficit, quam siccum.

Major probatur, quia nutritio fit per transmutationem alimenti primò in ven-
triculo in chylum, inde per distributionem ad membra: denique per assimilatio-
nem, & unionem.

Minor ostenditur ex natura humidū, quod facilimè transmutatur, & permeat.

1. Ani-

Quod duæ sunt qualitates ad refectionem aptissimæ, altera quidem agens, al- madu-
tera verò patiens. Inter agentes calidum efficacius agit, inter patientes autem
magis patitur humidum. Quare fit, ut humidum, & calidum ad coctionem pro-
cedant, & eis ratone pueri maximè coquunt.

Quo tria sunt in corpore, quæ refectionem requirunt, membræ, humores, & Altera
spiritus. Spiritus odoribus, & aere reficiuntur, humores humida substantia , Adnot.

RODERICI AFONSECA

lib. de simile. **folida membra**, solidiori. In ista triplici refectione, id quod est magis humidum citius, & facilius reficit. Sed dices, scripsit Hipp. siccum alimentum aliquando transmutari facilius, quam humidum. Ratio est, quia secca membra ob similitudinem facilius à siccis nutriuntur, facilior enim est transitus symbolis. Dicendum, quod licet in secco membro facilius transmutetur siccum alimentum, quando jam est appositorum illi immediate, tamen quia nutritio fit per mutationes multas, cibi in chylum; hujus autem in sanguinem; ideo fit, ut citius, & facilius per istas mutationes transeat humidum. Quare mediata semper facilius transmutatur humidum.

**3. Ani-
madv.** Quod potius nomine *potus* intelligere possumus tum alimentum humidius, tum etiam vini potionem, & quemadmodum inter alimenta, facilius reficit humidum ita vini generosi potus facilius, & citius reficit, quam alimentum humidum, hoc magis reficit odor, tum vini, tum alimentorum, ut carnis, reficiuntur enim facilius odore spiritus. Quod verò scribit Arist. Odorem non facere ad alimentum,

**Lib. de
Senſu.** sed ad sanitatem, non ita intelligendum est, ut neget absolutè, odorem nutrire, (nam si ex aere nutriuntur spiritus, quanto magis ex evaporatione alimenti?) sed quod magis faciant ad sanationem, quam alimentum. Primum igitur locum celeris nutritionis habet odor, inde vina generosa, postea verò alimenta humida, ut jura, stillata, expressa, consumpta, ova, pullorum carnes, pisciculorum, inde carnes avium, & denique quadrupedum.

**4. Adn.
1. apb.
16** Quod calidum in ratione humidus magis coquit, quam in ratione siccus, nam pueri calidum maximè coquit, quia humidum, at febrile, alimentum corruptit, & in nidore in vertit. Ideo febrenti humida damus alimenta, ut calorem reducant ad temperiem, & faciliter mutentur. Sed dices, calidus ventriculus despicit alimenta facilis coctionis, quoniam illa adurit, ergo, & febrilis aduret humida, magis ergo siccus in febre nutrientur. Non tamen valet comparatio ab intemperie æquali ventriculi, ad intemperiæ febris inæqualem.

6. Cln. Quod ubi corpus debile est, magis conveniens est alimentum humidum, at absolute siccum præstat, tum quia partes solidæ siccæ sunt, tum quia etiam putredini magis resistit, & quia tale alimentum longiore vitam præstat, quare siccum alimentum sanis præferendum. Ideo scripsit Hipp. Juvenibus dandum alimentum impermatum, valde senibus mutantur, junioribus verò medio modo se habens, quia primi validi sunt, secundi debiles, tertii in medio sunt positi, per mutationem verò intelligit macerationem, & præparationem, quæ fit coctura, assatione, vel elixatione.

APHORISMUS XII. Quæ relinquuntur in morbis, &c.

**Conne-
xio.** **C**UM in VIII. Aph. scripsisset Hipp. corpora, quæ non afficiuntur à morbis, indigere purgatione. In hoc causam assignat, quod morborum reliquæ morbos facere solent.

Inten. Quæ post crisi in morbis relinquuntur, recidivas facere solent.

**Ratio
inven-** Ut Medicus diligentia cura attendat, si quid à morbo relinquitur, idque removat, & accuratè tractet corpora, ne recidiva contingat, nam cum morbus alterius succedit, plerumque occidit.

Afeli. Brevitas aphorismi non est capax divisionis.

Diversio. Posita dispositio morbifica cum virium languore, facile morbus sequitur.

**Democ-
strati.** Sed in convalescente non perfectè judicato, adeo dispositio morbifica cum languore virium.

Quæ igitur relinquuntur à iudicatione facile morbum renovant.

Major probatur, quia posita dispositio ad putredinem, vel in humore, vel

in

En membro cum imbecillitate, facilè attenilitur. Minor clara est, si enim non perfectè judicatur mordus, necesse est relinquere in humore, vel in membro dispositio nem ad morbum, nam in crisi perfecta, nil relinquitur agendum.

Quod perfectæ crisi, in qua nihil relinquitur, signa sunt, allevatio cōctōnis lignis apparentibus, & in die judicatoria, per aliquim eratu dignum evacuatōnem, vel abscessum. Signa imperfectæ crisi, & recidivæ, contraria; si morbus allevit, non secundum rationem, hoc est sine coctionis notis, vel extra diem criticum, velsine evidenti evacuatione, aut abscessu. Relinquitur præterea oris amaritudo, aut insinuatus, inappetentia, vigilia, aut somnus prætermodum, tristitia, corpus à cibo non roboratur.

Quod recidiva quedam est vera, quedam non vera. Vera accedit in imperfecta ^{altera} crisi, quoties natura non potuit in totum causam morbi eradicare, sed reminet ^{ad hanc} dispositio in materia antecedenti, vel in membro, quasi nidor, unde rufus morbus renovatur, neque enim natura, cum judicavit, irritata est ab illa materia, cuius facit recidivam, quia latebat, neque ita erat disposita. Recidiva non vera est illa; quæ accedit in crisi perfecta ob aliquam causam externam, ut malam scilicet victus rationis, aut temporis constitutionem. Ubi igitur veræ recidivæ timor est, purganda materia, quæ ut plurimum solet esse bilis adusta, nec solum purgatione: sed aliquando & missione sanguinis, ubi enim in sanguine fuit relictus. Partis vero dispositio ad naturalem statum reducenda iis, quæ roborant, & attemperant. Interim victus ratio habenda, ne ob errorem recidiva contingat.

Quod recidivæ, vel sunt in augmento, vel in declinatione, quæ in augmento ^{etiam} fiunt parum temporis interponunt, quæ vero in declinatione, diutius. Sed ^{mada} dices, quomodo potest fieri recidiva in declinatione? Si enim natura in morbo superat multum, quomodo in convalescenti non roterit superare pīrum, & prohibere ne fiat morbus? Respondeo, esse materia diiformem, cuius pars à natura superata declinationem fecit, & allevationem, reminet altera, cum qua natura non pugnavit, vel quod non fuerit ab illi irritata, vel quod alia gignitur de novo. Sunt autem recidivæ aliquando longè reiores radice in illis, quæ præter rationem levant nulla facta judicatione; præcipue quando recurrit tumor, vel abscessus ad partem internam: aliquando leviores, ut quando à causa externa, & manifesta fiunt, vel post morbum judicatum per evacuationem, aut coctionem.

Quod recidiva quemadmodum, & crises sunt secundum dies judicatorios ^{etiam}, ^{mada} grounde illi maxime contemplandi sunt, & numerandi non solum à die recidivæ, sed à die crisi. Illud vero animadversione dignum est, quod scripsit Hipp. Morbum, qui ad suppurationem tendit, recidivam non facere, (quidquid subpuratur non revertitur.) Quare parotides, nisi suppurentur, recidivas facere dixit. Sed contraria scribere videtur in Prognostico: ubi in aurium suppurationibus ex inflammatione, ait, recidivas plerumque seniores occidere. Non tamen contraria dicit; quoniam in Epidemias supponit morbum in suppurationem tendere; quamvis, ubi assumptis, aliam sumere non potest. In Prognostico vero scribit posse rerudescere morbum nova superne ruente materia.

Quod morbus, qui succedit morbo, vel est ejusdem rationis, quod plerumque ^{etiam} fit in recidiva, vel diversæ rationis. Sed in hoc casu potius morbum in aliū transmutari dicimus, quam veram recidivam; id autem fit vel errore Medici remediorum intentione inducentis contrarium morbum, vel morbo ipso alterum gignente, ut sanguinis sputum tabem, peripneumonia phrenitum.

APHORISMUS XIII. *Quibus crīsis fit, &c.*

Conne- **C**UM Hipp. in antecedenti Aph. de crīsi mentionem faceret, docens reliquias
xio. imperfecti judicii morbos renovare. Modò in hac sententia occasionem na-
tus, modum ostendit cognoscendi ipsam crīsim, & prædicendi illam.

Intent. Nox præcedens crīsim gravior, subsequens plerumque levior.

Ratio Ut Medicus ex signis antecedentibus crīsim cognoscat, necne turbetur, si quid

Intent. gravius accidat, crīsim propè futuram denuncians, in dō confirmetur, & confi-
dat.

Divisio Dividitur Aph. in duas partes, in prima absolute profert noctem crīsim antece-
denter gravirem, in altera vero subsequentem plerumque leviorem.

Demo- Quid natura magis irritatur, graviora contingunt.

frat. Sed in nocte ante crīsim magis, quam alio tempore irritatur natura. Ergo

concl. In nocte crīsim antecedenti graviora contingunt.

Major per se eat. Minor vero probatur, quoniam ea nocte non solum magis,
quam alio tempore, sit coctio, sed separatur bonum à malo: unde vapores ele-
vantur, cui diversas partes petentes, diversa pariunt accidentia: ad Caput ve-
niens delirium, dolo em, suffusionem, surditatem; ad cor, palpitationem,
anxietudinem; ad membra sentientia, rigorem, aliaque ejus generis, à quibus
magna, & repentina fit turbatio.

Demo- Naturæ corrutus, ut plurimum sunt ad bonum.

alter. Sed in crīsi fit naturæ corrutus. Ergo

Crisis, ut plurimum est ad bonum, & per consequens nox levior, quæ sequitur.
Major probatur, quia motus naturæ semper sunt in conservationem ejus, in
quo est, quoniam natura in universalis sua intentione numquam errat, quamvis in
particulari erret, ut sua, quæ sua natura deorsum tendit, & sic conservatur:
At si fortè deorsum sit ignis, accidit corrum i: Minor demonstratur, quoniam
crīsis est spontanea mutatio, & subita, quæ fit, insurgente contra morbum. Ob
id nox sequens crīsim, levior ut plurimum esse solet.

1. Anti- Quod crīsis habet tres partes, perturbationem, dum separatur bonum à malo
madu. excretionem, & solutionem: & quamvis unaquaque istarum, crīsis dici possit,
magis tamen secundum intelligent Hipp. quoniam in separatione magis perturbatur
æger, quæ excretionem præcedit.

Alter. Quod prima pars crīsis, quæ perturbatio dicitur, magis fit in nocte, quam in
Adm. die, tum cum Luna, quæ humores ad motum concitat, magis eo tempore domi-
natur, unde terræmotus, inundationes, & Partus eo tempore fiunt: tum etiam,
quia vis naturalis fortior, & unita magis eo tempore, tum quod humoris irritatio
magis sentitur in nocte somno interrupto, & natura non occupata in actionibus
diurnis: motus vero humoris, sive excretio magis fit in die adjuvante Solis calore,
promovente, & evadente, meatusque adaperiente: Tertia pars crīsis, quæ est
levatio, ad sequentem noctem sequitur.

3. Anti- Quod crīsis aliquando fit simul secundum omnes partes in nocte, aliquando in
madu. die, sed pluries in nocte, non solum ad bonum, sed etiam ad malum, quia si plu-
ries crīses fiunt in nocte. Ergo etiam ad malum plures; tam cum magis moventur
humores pravi ad viscera; tum etiam quia destituitur calore Solis corpus vivifican-
tis; tum, quoniam corpori malitiæ adjuvat, incitans crīsim ante coctionem.

4. Adm. Quod nox sequens crīsim, aliquando gravior esse solet, sed raro contingit
quod probari potest, quia cum pluries in vita ægrotamus, semel mori contingit

nam mala crisia raro accedit, praeterquam in pestilenti constitutione. Sed & in bona crisi accedit aliquando, subsequentem noctem non esse leviorum, quia crisia illa potest extendi ad duos dies, vel ob Medici errorem, vel ob morbum succedentem, vel ob infidam constitutionem.

Quod crisis non sit, nisi in accessione, propterea dixit Hipp. gravem noctem accessionem praecedentem, non quod praecedens non sit gravior tempore accessionis, sed comparatione facta ad subsequentem noctem: nam accessionis hora gravior est, quam nos praecedens, nisi ea numeretur, & includatur in tempore accessionis.

Quod turbatio in morbis maximè incipit à meridie, & vesperi, ad quam horam voluit Hipp. omnes morbos exacerbari: comprehenditur autem cum nocte hoc tempus: accidentia vero, quæ perturbationem faciunt, quædam sunt communia, alia vero propria. Communia sunt, anxietudo, jactatio. Propria pro ratione loci, ad quem confluit materia, de quibus jam dictum est; excretio enim, quæ sit per vomitum, veluti unaquæque alia sua propria habet accidentia; veluti etiam, quæ sit per abscessum, partis dolorem, & calorem.

Quod, cum Medicus videt hæc signa, non debet turbari, sed considerare antecedentem in excrementis coctionem, & diem, in quo fit crisis: si enim praecedit coctio, & ista perturbatio sit septima die, vel nocte antecedenti, salutem predictet. At si præcesserant cruditatis signa, & dies perturbationis critica non fuerit, aut ~~excessus~~, aut dolores, aut recidivas, aut morbi longitudines, aut mortes: & solet fieri bona crisis plerumque in die impari, quia per hos dies natura movet. Ideo morbi, qui imparibus exacerbantur, facilis sunt iudicationis: contra, qui partibus, ad iudicandum difficiles.

APHORISMUS XIV. In fluxionibus alui, &c.

CUM in praecedenti mentionem fecisset de crisi; quæ quidem sit, vel per Conne-
evacuationem, vel per abscessum. In praesenti sententia, signum sumit cri-
sis, quæ sit per evacuationem, eamque communissimam aiui dejectionem.

In fluxu ventris excrementorum mutatio juvat, nisi alii prava sit. Intens.

Ut Medicus non modo in critica fluxione alui, sed in symptomatica, signum Ritus
hibeat ad bonum, vel milium ex mutatione excrementi, mutationem; Iudicium- intent.
dum esse, non solum si sit ad bonum, sed si ad malum, & æquale, quod maius est.

Non est distinctionis capax Aph. brevitas.

Id quod, vel naturæ dominium, vel ejus validam actionem ostendit, est bonum. Demis.
non solum si sit ad bonum, sed si ad malum, & æquale, quod maius est.

At excrementi mutationem non ad prava, vel naturæ dominium ostendit, velejus validam actionem ostendit. Ergo

Excrementi mutatio, si non sit alii prava, bonum est signum.

Majus certa quidem est. Minor ostenditur, quoniam ubi excrementa perseverant in uno statu, causa pertinacia demonstratur. At ubi mutatio sit ad bonum; si verius autem ostenditur, & valida illius actio in humores. Quare scripsit Hipp. 6. apb. Ad hanc ratiōm in diurno alui profluvio bonum significare. Coctionem enim perfici quodam modo ex illo signo ostenditur.

Quod latius datus nūdum est spontaneus, quidam vero sit Medicis ope. Sponta- 1. Ad.
neus vero est criticus, vel symptomaticus. Symptomaticus triplex est, Lienteria, 4. apb.
Diarrhoea, & Dienteria. Si igitur medicamentis ope fiat purgatio, juvat muta- 21.
tio etiam, tametsi sit ad prava, saltem ratione causa; quamvis non ratione signi:

bonum, chissim est pravum humorem esse extra corpus. At si mutatio fiat ad prava criticè, juvat etiam, nam & per nigras urinas, & æruginosum vomitum aliquando morbum expelli notamus, sed raro. At in symptomatico fluxu juvat mutatio, non solum si sit ad bonum, sed si sit ad æquale, quia mutatio arguit robur naturæ.

Materia Quòd excrementum, veluti omne aliud ex doctrina Hipp. in Prognostico, quodam est bonum, quoddam verò malum, quoddam pravum. Optima igitur est egestio mollis, cohærens non admodum grave olens, subrufa, juxta copiam ciborum ingestorum. Mala autem est liquida, alba, pallida, vehementer rufa, subviridis, ac levis. Prava est nigra, livida, pinguis; æruginosa, putrida, ramentosa, seu simul, seu per se eiiciatur. Ex his pinguis excrementum, lividum, ramentosum, putridum, æruginosum, nunquam cum progressu educitur. Nigrum raro admodum. Cæterum, quod de fecibus dicimus, de urina, sputo, sudore, muco, vomitu, & altis excretionibus dictum puta. Verum tabulam ex Hipp. in Prognostico alui excreimenti, ad facile exemplum descripsi,

	Secundum naturam	mollis	bonum
Substantia		cohærens	
		æqualis	
Præternaturam,	Mala	aquosa	
		liquida	
	Prava	inæqualis	
		ramentosa	
		carunculosa	
		pinguis	
In foce conside- ratur.	pro ratione ciborum ingestorum bona bis in die, semel in nocte pro confuetudine.		
quantitas	Præter naturam exigua multum, acervatim parum, & sapè.		
	Naturalis Subfusa non admodum grave olens		
Qualitas	Præternaturā Mala alba pallida vehementer rufa		
		nigra, livida, aruginosa, prassina, putrida, cruenta, ex iis va-	
		Prava	ria.

APHORISMUS XV. Ubi fauces dolent, aut pustularum, &c.

**Comme-
xii.** **C**UM antea statuisse Hipp. impura corpora non esse nutrienda, sed prius expurganda. In hac sententia docet cognoscere corpus impurum, & per consequens quando à crisi aliquid relinquitur.

Ubi

Ubi natura totum humorem ad aliquam partem deponit, tunc corpus atere possimus, ubi vero aliquid intus manet, non tunc.

Ut Medicus cognoscat in omni crisi, quando corpus intus purum est: & videat *Ratio intent.* quando nutritre convenit, aut purgare.

Dicitur in duas partes Arh. in prima docet, quomodo impurum corpus cognoscatur. In altera vero, quomodo purum.

Ubi corpus est impurum, nutriti tunc non potest.

Sed quibus materia abducitur ad fauces, vel cutim cum excrementis biliosis, corpus est impurum.

Tales igitur abscessus nutriti tunc non possunt.

Major est A. h. N. suprascriptus. Minor probatur; quia biliosum excrementum indicat, pravos humores non totos ad abscessum missos, sed intus adhuc manere.

Corpora, quae intus sana sunt, tunc ali possunt.

Sed quibus per abscessum pura sunt excrementsa sanum est intus corpus. Ergo

Tunc ali possunt.

Major patet, qui humor, qui est in abscessu, non inficit alimentum, quin immo roboretur naturam, & intus sana facie resolvet, quod in abscessu est.

Minor de se manifesta est, siquidem si aliquid humoris intus esset in excrements id ostenderetur.

Quod crisis sit, vel per evacuationem, vel per abscessum; cum enim natura non potest extra corpus e lucere noxiā mittere, saltem ad ignobiles partes transmittit, aures, fauces, axillas, inguina, articulos, cutim. Hipp. igitur hic loquitur de crisi; que per abscessum fit, assignans glandulas, fauces, vel cutim, ad que loca tuberculi fieri solent, & consideranda esse docet excrements ad cognoscendum, num intus aliquid maneat, quod non modo in crisi per abscessum; sed in ea, que per evacuationem fit, considerandum est, & etiam per sanitatem, ut in sebosis, aliisque cutis vitiis: quo ad enim impura fuerint excrements, impurum corpus est; quando vero pura, sanum.

Quod excrements omnia sunt consideranda, sed magis propria partium, in quibus est morbus; arina in febris, & cutis vitiis, feces in ventris morbis, Biliosa vero excrements sumit hic Hipp. ut omne aliud vitium significant, quod per verba illa patet, si vero sanorum excrements similia; non enim biliosum solum opponitur sano; sed pustulatum, melancholicum, & alioquin modo infectum; verum quia frequentius biliorum appetet, ideo de bilioso loquutus est in textu.

Quod in virum corpus non solum dignoscitur per excrementsorum impuritatem, sed per alia signa, ut sanguis, fæces, oris amaritudo, inappetentia, non roborari: ubi enim cum impuris excrements haec afferunt, certius de corporis impuritate argumentum nescit; quia fieri potest, ut post crisi natura partem materiae per urinam, vel sanguinem levaret: & ratiocinii ex predictis signis appareat, quo tempore expecterimus, quoniam ratione evicatur, & inde corpus nutriendum.

Quod contingit aliquando parte excrements, & egrum perissat habere, ut in febre, ut non purum naturalis, morbus tamen hominem occidit: ille madu. vero contingit, vel quia natura non audet materiae aggredi, vel quoniam morbus non sit in ventre, sed late in veluti anguis in alijs parte; inde quis ex abscessu eruan sensibiles principes exprimit. Animadvertit tamen Gal. in febre maligna de causurinas, si alijs modo, apparent naturali similes, non tales revera esse. At nos non sapulsi. si signo conte inesse debemus, nec secari si non, sed alijs ad lucere ad maiorem cautelam: in maligna enim febre si talis appareret urini, Thorax considerandus, an caleat

caleat magis, quam cæteræ partes, num magna adsit respiratio, & feteat, si ad-
est anxietudo, hæc enim ostendunt malignam humoris qualitatem. Cæterum
Galenus in vitiata ventriculi coctione hoc utitur signo, exhibens cibos difficilis
corruptionis, ut consideret quo humore inficiantur, & quomodo à calore tracta-
ta sint.

APHORISMUS XVI. *Fame dominante, &c.*

Connexio. CUM supra Hipp. Aph. VIII. ex nimia fame recidivam fieri statuissest: de ip-
sa nunc sermonem habet, docens quid vitare debeant famescentes, nam in-
fra magis laudat inappetentiam in convalescenti.

Intent. In fame laborandum non est.

Ratio intent. Ut corpora plus nimio famescientia in quiete contineantur; & ut tempus termini-
andi exercitium definiatur, & ut evacuationes vitemus, in quibus futura est
inedia.

Divisio. Aphorismi brevitas divisionem non patitur.

Demonstratio. Id, quod molestiam auget, fugiendum.

Strass. Labor magis molestiam auget. Ergo

In fame labor fugiendum.

Major certa quidem est. Minor declaratur, quia labor evacuat, & consumit,
ergo fames augetur, causa enim famis est corporis consumptio.

1. Adnot. Quod fames est tristis sensus in ore ventriculi ob alimenti indigentiam: ubi igitur
homo abstinet à cibo, aut voluntariè, aut quia deficiat, & famescit, quiescen-
dum: neque solum motus vitandus, sed quicquid corpus inanire valet, nec solum
ubi adest fames id faciendum, sed ubi futura est inedia, nec sanguinem mittere,
nec purgare, vel sudorem movere, aut corpus quovis alio modo sensibili ter va-
cuare licet: fallit tamen hæc regula in acutis, in quibus sit imperanda inedia
purgamustamen, quia morbi brevitas, & magnitudo ita requirit.

Altera animadversus. Quod labor duplex, alter animi, alter vero corporis. In fame quiescendum
non soluim à labore corporis, sed etiam animi, quoniam omnis labor consumit:
est tamen accommodatus labor ante famem, quod adjutet alimenti coctionem, di-
stributionem, & excrementorum expunctionem. Quare tandem laborandum, &
exercendum corpus, quoad fames succedat, & succedente, quiescendum.

3. Adnot. Quod sani homines facile famescunt, & eo magis biliosi ventre superiori, qui-
bus nisi cibus præstò adsit, multa mala patiuntur, statim enim, ut scripsit Hipp.
4. Actus. adest corporis impotentia, tristitia, oris amaritudo, & denique syncopis. At
corpora ægra, quoniam non habent adeo calidum calorem, non ita offenduntur à
fame? ideo in his non sumus ita solliciti.

*4. Ani-
madu-
6. epid.* Quod fames, & labor corpori inimica sunt; quia, & ipsa consumunt: pro-
pterea etiam scripsit Hipp. illa esse inimica febri, Prodicum reprehendens exer-
cito, & fame fabientes necantem. Nunquam igitur labor febri utilis; inedia con-
venit, ubi febris oritur ex plenitudine, vel inflammatione, vel obstructione,
magis ratione causæ, quam ratione febris.

*5. Ani-
7. Apb.
5. C° 9* Quod fames aliquando præcipitur ab Hipp. corporibus plus nimio humectatis,
juxta illud quod scripsit Hipp. atque in eo casu non solum famescendum, sed labo-
randum, quia majus est juvamentum, quod ab exsiccatione provenit, quam mo-
lestia ipsius famis, nam corpora humida non facile à fame offenduntur, sicuti cor-
pora secca propterea exercitum extenuatis corporibus, gracilibusque, & rari habi-
tus non probatur, nisi valde mediocre, & quo corpus fuerit calidus, eo magis
quies,

quiés, & aquæ potus commodior. Id verò, quod scripsit *labores cibos præcedere*, 6. Epis. non est intelligendum de his naturis picrocholis; immo post cibum magis in his con-^{1 de dī;}
venire labores (dicit Hipp.) quam jejunis. ^{in fine}

APHORISMUS XVII. *Ubi præter naturam, &c.*

CUM antecedenti Aph. fugiendum esse statuisset laborem in fame, cumque *Connec-*
ipsius famis remedium sit alimentum, nunc innuit, cibum quidem assu- xiii.
biendum esse, sed non ultra vires.

Cibus præter naturam assumptus morbum creat.

Ut vitemus satietates, quoniam ex illis morbi ex plenitudine fiunt, difficile e- R. 10
nim est, appetitum nostrum terminare: quare ad sanitatem prius obtinet partes intent.
non exatiari cibis, plures enim occidit gula, quam gladius.

In duas partes hanc sententiam partimur. In prima suam intentionem exponit. Divisi.
In altera vero causam suæ intentionis adducit.

Vacuatio morbos sanat.

Ergo

Plenitudo gignit.

Intent.

Antecedens probatur manifestè experimento eorum, qui ab anxietate, dolore, f. 10
morsu, vomitu, statim conquiescunt. Consequens clare deducitur quia si sa-
natio facta est vacuatione: Plenitudo igitur in causa erat molestie.

Quod facultatem vincit, morbum creat.

Cibus præter naturam facultatem vincit.

Ergo

Cibus præter naturam creat morbum.

Demo-

atesa.

Quod verbum illud *ubi* duo significare potest, locum scil. & tempus, ut sit sen- 1. Ani-
sus duplex, in quemcunque locum cibus præter naturam ingreditur morbum creat, madu.
vel sic, quando cibus coriosior est, quam à facultate superari possit, morbum gi-
gnit. Locus autem plenitudinis triplex, alter ab ore ad venam portam, alter à
vena porta, usque ad omnes venas singularium partium, alter ad membra, &
membrorum cavitates. Primus continet ventriculum intestina, venas mesarai-
cas, cava Jecoris, lienem, & iis interjectum pancreas. Alter verò jecoris conve-
xa, omnemque venam cavam, atque illi comitem arteriam majorem, & quicquid
earum incidit inter axillas, & inguina. Tertius musculos complectitur, mem-
branas, ossa, omnemque corporis molem, quæ ab ipso ingressu arteriarum, ve-
narumque minorum in partes singulas, & in summam extimamque cutim profer-
tur.

Quod cibus præter naturam talis est quantitate, vel qualitate. Quantitate du- Alter.
pliciter excedit, continua, & discreta. De quantitate molis scripsit Hipp. cibos adn.
etiam temperatos, & humanæ naturæ familiares, si quis illis vel intempestivis u- Lib. de
tatur, aut pluribus, quam tempestivum est, morbos gignere, & ex morbis mor- affect.
tes. De quantitate discreta scripsit quoque obsonia variis intritis præparata, quia
diversas inter se vires habent, æstuosa esse, & noxia. De qualitate quoque præ-
ter naturam in cibo, qualis est salsus, acris, amarus, monuit idem auctor fieri
in corpore turbationes; quod alimentum, & augmentum non fit nisi per id, quod
probè temperatum est, atque edomitum. Dicitur etiam præter naturam cibus,
qui licet speciei humanæ sit familiaris, alicui tamen particulari adeo est invitus,
ut fugiat illum, veluti venenum, qualis est caseus quibusdam, vinum aliis, Pi-
lices aliis. Fuit & qui panem nunquam comedit ab illo abhorrens, & carne vesce-
batur ex Illustrissima Hispaniarum Familia, Don Fadrique d'Alva. Sed & Ora-
to. Gallorum Regis apud Summum Pontificem (Monsieur de Sangar Nobilissimus
quidem

quidem Gallus) potum adeò aversabatur, ut semel in anno biberet, & sanus atque incolunis vivit.

3. Ani- Quòd verbum illud *præter naturam*, vel indicat parvum excessum, vel magnum. Gal. ait Hipp. intelligere de magno excessu, quia parvus morbum non creat. Sed, ut ego arbitror, etiam de parvo excessu vera est sententia, quia à plenitudine; & semel, & repente, morbus creari potest, & mors, ut in ebriis.

6. epid. Sed & à parvo excessu, si duret, paulatim fit morbus, nam teste eodem Hipp. Lib. de morbus paulatim fit, sed repente invadit. Ideò Medicus oculatus sit oportet, ut dieta prævideat, & opem ferat in tempore.

4. Ad- Quòd duplex est plenitudo, altera ad vasa, altera ad vires. Ad vasa, quando nimio humore distenduntur. Ad vires cum ea est humoris copia, ut à facultate superari nequeat. Ad plenitudinem igitur ventriculi, intestinorum, & mesentericarum venarum, vomitus, clyster, medicamentum, faciunt. Ad eam, quæ est supra jecur in venis, & arteriis, si fuerit sanguinis, phlebotomia; si alterius humoris, purgatio. Ad illam, quæ in cavitatibus, & membris, exercitium, curbitæ, frictiones. Balneum. Inedia verò est omnium plenitudinum remedium, præter quam bilis.

5. Ani- Quòd plenitudo fit, ubi cibi superant labores; Modus explicatur ab eodem madu. Ubi cibi maneat in ventriculo ampliori tempore, quam opportunum est, & alia de diet. ad ipsos incident, corpus utique repletur, ac dum præmuntur à plenitudine vene, 5. de labor, & dolor corpori accidunt, & state quidem citius, hyeme verò posterius. morbis. Et cursus, cum neuter egestionem moderatam non fecerit, & insuper cibus, humiditate ciborum ingestorum, corpus irrigat. Ipsa autem humiditas à ventre obstruenda acervatim ad caput viam facit, & ubi ad caput pervenerit à vasis in capite non recepta restituit, quomodocunque contigerit.

6. Adn. Quòd unaquæque plenitudo sua habet signa; ventriculi, intestinorum, & mesentericarum, ex ructu oscitatione, flatu, gravitate, segnitie, dormitione, capitum dolore, nausea, tormine. Venarum, si fuerit sanguinis, ex tumore earum, colore rubeo, capitum dolore, tussi, stillis sanguinis. Alterius humoris adsunt sua quæque judicia propria, quibus temperamentum, & state, tempus, regionem, virtus modum adjungere oportet. Plenitudo partium corporis, ut muscularum, ossium, membranarum ex lassitudine judicatur. Cæterum omnium plenitudinum fomes est otium, & exatatio cibi, atque crapula.

APHORISMUS XVIII. Eorum, quæ confertim, & celeriter.

Conne- **E**A ratione, qua XI. Aph. necritur cum VII. adjungitur hic cum illo. Dictum xio. enim est in ea sententia brevi conficiens esse, qui brevi tempore fuere extenuati. in undecimo docuit humidum alimentum esse aptissimum. Hic aliam conditionem ponit alimenti, quod celeriter alit.

Intent. Eorum, quæ celeriter alunt, & confertim, celere excretiones esse solent.

Ratio intent. Ut cognoscit Medicus cibos, qui facile, & breviter reficiunt, quivè aptissimi sunt convalescentibus, & maxime iis, qui celeri refectione indigent.

Divisio Hæc sententia ob' ipsius brevitatem, non est, quod dividatur.

Demon- Ubi duo se invicem consequuntur, si alterum celeriter fit; alterum quoq; breviter efficietur.

Sed nutritio, & expulsio sese invicem consequuntur.

Ergo

Si nutritio celeriter fit, celeriter quoque fit excretio.

Major

Major per se patet. Minor ostenditur, quia nutrimenti duæ sunt partes; altera, quæ trahitur, utilis; altera, quæ expellitur, inutilis. Unde Hipp. nutritionem assimilavit secanti, qui quidem modò trahit, modò protrudit, ita, & ^{r. de} membra virtus trahit utile, protrudit inutile.

Quòd excrementa corporis sunt tria, juxta coctiones tres, feces primæ, quæ in ^{1. Ani-} stomacho fit, & intestinis: urina alterius, quæ in hepate, & venis efficitur: ter-^{madu.}
tiæ, fordes, quæ in membris conficitur. De omnibus loquitur Hipp. sed mani-
festius de alvi excrementis, & de urinis, utpote magis sensibilibus. Istæ verò co-
ctiones proportionem servant ad invicem in hanc formam; attracto alimento à ven-
triculo, apponitur ad illius tunicas, postea quum illud in chylum est conversum:
dum verò apponitur ventriculo, trahitur aliquid ab hepate, & intestinis, & hæc
est prima pars. In altera fit assimilatio in ventriculo, appositiō in intestinis, & he-
pate, tractio in membris. In tertia fit in ventriculo alimenti unio, in hepate, &
intestinis assimilatio, in membris appositiō denique famæ oritur.

Quòd facilis excretio, vel significat excrementi eductionem, vel superflui trans-^{Alter a}missionem, vel transpirationem: quomodounque dicas, vera est sententia ^{alnot.} Quorum enim excrementa celeriter educuntur, & quæ facile permeant corpus, & ^{Lib. de} quæ citò disflantur, celeriter alunt, nam quod facile apponitur, facile transpirat. ^{alim.}

Quòd alimenti in aliendi ratione, triplex est differentia, penes velox, scil. & tir-^{3. Ani-} dum, confertim, & paulatim, multum, & paucum. Id celeriter nutrit, quod sta-^{madu.}tim assumptum nutritre incipit: contra tardè, quod longo tempore id præstat. Affa-
tim nutritre dicitur id, quod postea quam nutritre cepit, brevi totum præstat ali-
mentum. Consequitur autem hec di ferentia primam, nam quod celeriter nutrit,
affatim etiam id facit, & quod tardè nutrit, sensim, multum nutrit quod plurimis sui
partibus transit in membrum, & è contra piucum, quod multum habet exrementum.

Quòd multæ sunt conditiones cibi celeriter nutrientis. Prima ponitur Aph. XI. ^{4. Ani-} hujus, nempè, quod sit humidior. Altera hic, quod celeres habeat excretiones. ^{madu.} Ideo videmus aquas laudibiles statim post assumptionem excerni, & per sudores
& per urinas, & eo celeries vinosa vina, & alba. Tertia, quod citò coquuntur ab
externo igne, quia tale alimentum ab interno quoque facile superabitur. Quarta,
quod statim ab assumptione corpus roboretur, id ex actione motus in membris, &
pulsu clavis deprehendit ir, nam simul, atque ventriculus suscepit alimentum,
totum trahit utilem vaporem, quo reficiuntur spiritus.

Quòd isti sententia vera est, quibusdam conditionibus suppositis. Prima, ut ^{5. Ani-} comparatio sit inter alimenti æqualiter præparata, & non sit alterum assūm-^{madu.} terum elixum. Deinde, ut dentur eidem homini, eodemque modo dispositi quo
ad res non naturales. Tertiò ut cibus non habeat aliquam medicamentosam quali-
tatem, nam Vitellina tardè descendant secundum substantiam; sed ob falsedinem
facile descendere possent, ita & castrati pedes citò nutriunt, at ob lentorem tardè
descendunt. Id igitur quod celeriter alit, celerem quoque habet excretionem,
quod tardè, tardam, dummodo prædictæ ferventur conditions.

Quòd ventriculus, & chylo, & sanguine nutritur. Quo enim chylo, nu- ^{6. Ad-} triatur, probatur, quoniā eum avidè attrahit. At nulla pars naturaliter attrahit ^{not.} humorem, nisi ex illo nutritur. Putet etiam ex fame, quæ statim cessit assumptione alimen-
ti. Ceterum sanguine etiam nutritur ventriculus, quod manifestas in se habet venas, & sanguine referatas, per quas etiam necessitatē temore attrahit ab hepate, nam (ut scripsit Hipp.) ubi plenus est ventriculus, trahit ab ipso
universum corpus, at ubi vacuus est, trahit à toto corpore, neque enim necessi-
tatum est, omnem partem sanguine nutriti, ossa enim medulla nutritur, testes
semine,

APHORISMUS XIX. In morbis acutis, non omnino certae, &c.

Conne- **C**UM in antecedentibus Hipp. multa de Prognostico scripsisset, signaque plu-
xio. rima ad malum, vel bonum assignasset, in hac sententia celebrem præcep-
tionem de morborum eventu præscribit.

Intent. Prædictio in acuto morbo non est omnino certa.

Rati- Ut Medicus non ita fidat iis, quæ in morbis apparent, ut necessarium arbitre-
int. tur, quod futurum præsentit, instabila enim sunt, quæ in humidis consistunt,
Lib. de quare facile & à natura, & à fortuna transmutari scribit Hipp.

dec. or. Aph. brevitas divisionem non patitur.

Divisio- Morbi, qui dubium habent eventum, non certam habent prædictionem.

Demo- Acuti morbi dubium habent eventum. Ergo

strat. Morbi acuti non est certa prædictio.

Maior de se est manifesta. Minor probatur ex Hipp. primo de morbis, qui angio-
nam, pleuritum, peripneumoniam, ardente febrem dubii eventus morbos judicavit.

1 Ani- Quid sermo in hoc Aph. est de futuris contingentibus, quæ sunt in triplici dif-
malu. ferentia, quedam ut plurimum eveniunt, ut in aestate calor, in hyeme frigus,
quedam raro accidunt, ut Cometa, quedam sunt ad utrumlibet, quia æqualiter
fieri, & non fieri possunt, ut quæ à voluntate nostra pendent. De primis, & se-
cundis, est determinata veritas, quid erunt, & non erunt, ut plurimum, vel
raro. At de contingentib. futuro ad utrumlibet non est determinata veritas, talis
est in universum eventus acuti morbi, quia potest occidere, & non occidere.

Altora Quid in ipso acuto morbo adhuc triplex illud contingens reperitur, pleuritis
ainot. enim, ut ita dicam, si omnia signa bona habeat, sanabitur æger, si omnia mala
moriatur, si partim bona, partim mala, dubius erit morbus. In primo, & secundo
casu Medicus ferè semper vera prædictit, quia ut plurimum contingit sanari cum si-
gnis bonis, mori cum malis. At in tertio dubius est eventus. Ideo in omnibus illis
incertæ prædictiones ut plurimum, in primo autem, & secundo casu raro incertæ.

3 Ani- Quod morbi acuti quidam dicuntur boni moris, alii mali moris. Boni moris est
malu. ille, qui servat sua signa exquisita, ut Causos sitim, vigiliam, ardensem calorem
servans benignus dicitur. At Causos, cum sine siti est, vel cum somno, malignus
dicitur, in benigno raro contingit errare, apparentibus signis optimis, vel pessimis,
3. apb. in maligno ut plurimum, quia inconstans. Ideo scriptit Hipp. in inconstantibus
temporibus inconstantes morbos fieri, & ad judicandum difficiles.

4. Ad- Quid in omni acuto morbo potest fieri prædictio, vel in principio, vel in aug-
notat. mento, vel in statu ipsius morbi. In principio ut plurimum incertæ prædictiones,
hb.pr. & etiam in augmento. Ideo monuit Hipp. non esse prædicendum, donec statum
dicit. acceperit morbus, eo enim tempore coctiones accidentur, & quicquid natura potest
ostenditur. Cæterum causæ, cur in universum non sint certæ prædictiones in acu-
tis, sunt materiæ caliditas, & tenuitas, ob quæ cito de una parte ad aliam trans-
mittitur, error ægri, adstantium, aut Medici, fortuna, novus superveniens
morbus, est tamen certior ad mortem, quam ad salutem prædictio, quia magis
contingit mori, quem prædixeris victurum quam è contra.

5 Ani- Quid Medicus in prognostico duo facit, primò mente agitat, quid sit futu-
malu. rum, deinde id pronunciat, & voce explicat, primum appellat Gal. præsen-
tatem, secundum prædictionem, debet igitur Medicus semper uti præsensione,
non

non semper prædictione, nisi cum magno fundamento omnibus collectis signis, & inter se comparatis probe morbi statum: nam ex vera prædictione admirabilis iudicatur Medicus: *At si erraverit*, ait Hipp. fortasse insanire videbitur.

Quod Prognosticum multa comprehendit: eventum, tempus eventi, modum, auctorem, qualitatem, de quibus omnibus vera est sententia. De eventis scripsit Hipp. alios esse morbos sanabiles, ut tertiana, quartana; alios mortales, ut morbus acutus in prægnanti muliere; alios dubios, ut acuti in principio omnes. De morbis tempore eventus dixit alios esse breves, ut angina, pleuritis, alios longos, ut nephritis, podagra, de reliquis eodem modo,

Quod morbus, quo fuerit acutior, manifestiore habet à principio prædictio- nem, quia statim magnæ mutationes fiunt, qui enim evasuri sunt, facile spirantes, dormientes, sine dolore degunt. Morituri difficilè spirantes, delirantes, & cum dolore degunt, at in morbis longioribus firmior est prædictio in procello, quia materia magis crastia, & non ita instabilis.

APHORISMUS XX. Quibus in juventute alvus est, &c.

CUM antea de excretione verba fecisset, & docuisset alimenta celeriter nutritientia celerem excretionem habere. Nunc ostendit Hipp. quomodo se habeant vertentes ad dejectiones.

Quibus in juventute alvus est humecta, in senectute siccatur, & è contra siccata. In juventute, humectatur in senecta.

Ne miremur, si ratione etatis contingat celeriter nutrientia tardè exire, & è contra. Deinde vero, ut hanc alvi siccitatem, & humectationem non morbosain, sed naturalem dignoscamus.

Dividitur hæc sententia in duas partes, in quarum prima, primam statuit conclusionem, in altera vero alteram illi contrariam.

Causæ contraria effectus pariunt contrarios.

Sed causæ dejectionis in juvene, & senes sunt contrarie. Ergo

Effectus parient contrarios, & per consequens alvus in juventute humida, siccata fiet in senectute, & è contra.

Major certa est. Minor ostenditur, nam juvenes in ratione etatis sunt calidi, ac siccii, senes vero frigidi, & humidi.

Quod causa alvi humidioris, vel siccioris est temperies ventriculi, intestinorum, & hepatis. Calidum igitur, & siccum per se causa est alvi siccioris, per accidens autem alvum humidam facit ob bilis copiam. E contra frigidum, & humidum causa est humidioris. Quod igitur juvenes alvos humidas habent, fit ob copiam bilis, siccabitur autem his, in senectute, desinente temperie in frigidam, & sicciam, quare pauca gignetur bilis. At è contra, qui juvenes alvos habent siccas, ob siccitatem, & caliditatem, his in senectute humidæ fiunt, refrigerato corpore, & humectato. Caliditas igitur, & frigiditas maximè faciunt ad retentionem, & attractionem, venas quoque amplas constituant, unde exsiccatur alvus, nisi tanta gignatur bilis copia, ut vincat. Frigiditas, & humiditas alvum humectant, quia minimum retinent, parum attrahunt, venasque angustas constituunt.

Quod ad hujus sententia veritatem lebet supponi à nobis idem homo, non diuersus, præterea idem cibus, eo lemque modo paratus. Aequalitas denique in rebus exteris non naturalibus. Solum differentia debet esse in ætate.

Quod frigiditas duplex est, alia interna, alia externa. Interna alvum reddit humidam, externa vero sicciam. Quare scripsit Hipp. Aquilonias constitutiones alvum 3. capb.

alvum indurare; nam calor innatus consumit, & attrahit. Constringitur quoq; podex, & non facile patet aditus. Sed dices frigus externum cutim densat: Ergo pellit intus excrements; Alvus igitur erit humidior. Dicendum, quod magis potest caliditas; quæ tanta est, per id temporis, ut magis consumat, & exsiccat, quam ex iæstrictione cutis intus promoveatur. Sed quid dices Gal. scribenti copiofiora esse excrements per hyemem, & in urinis hypostasim copiosorem? An quia hyeme plus cibi sumimus, plus etiam elicimus? At non ita frequens est dejectio per frigora, sicut per humida, aut temperata.

APHORISMUS XXI. *Famem thorexis solvit:*

Connec- **C**UM multa de convalescentium refectione dixisset Hipp. supra, contingit *xio.* autem non proficere corpora ob nimiam assumptionem; Docet nunc, quomodo sit reprimendus appetitus, quod etiam Aph 16. alia ratione explicavit quietem præcipiens.

Intent. Famem tollit vini potio.

Ratio Ut celebre, & commodum famis remedium describat, & ut ostendat de vino;

intent. hoc habere mali, quod appetitum tollat, nam bibaces non admodum sunt edaces;

De aet- Hujus sententiae brevitas divisionem non patitur.

re, ag. Quod causæ famis est contrarium, famem tollit.

Op loc. Quod causæ famis est contraria est. Ergo

Divisio At vini potio causæ famis contraria est.

Demo. Vini potio famem tollit.

Major de se patet. Minor verò declaratur: nam fames fit ob inanitionem, aut corrugationem ventriculi oris à frigido, & mordaci humore. Inanitionem citimè tollit vinum means per universum corpus, juxta illud *Facilius est potu refici, quam cibo.* Frigida ventriculi intemperies, seu mordacitas à vino corripitur, & attemperatur. Quare omnem famem tollit vini potio.

1. Ani- Quod fames naturalis quædam est mediocris ob consuetam inanitionem orta
madu. altera vehemens, qualis convalescentibus, vel valde exercitatis contingit ob nimiam corporis consumptionem. Fames verò præter naturam omnis in excessu constitit. De omni fame vera est sententia, licet Gal. de canina solum exponat.

Altera Quod fames præter naturam duplex est, quædam canina dicitur, per quam homo nunquam expletur, sed quantumvis edat, ad vomitum redit, sicut canis. Alia autem dicitur, per quam homo in principio quidem vehementer appetit: sed paulò post deficiente cibo deficit, & linquitur animo, oriturque ab ingenti ventriculi frigore in iis qui per nives, & glacies plus nimio jejuni iter faciunt, rapitur enim calor ad cor, non habens unde pascatur, vel humor acris à ventriculo attritus consensu cor afficit, unde syncope oritur.

3. Ani- Quod vinorum aliud est generosum, aliud mediocre, aliud debile. Rursus in
madu. sapore aliud dulce, aliud austерum, aliud medium. Vinum itaque hic intelligit Hipp. calidum, oloratum, mediocriter austерum, quale est Græcum malvatium, tollit enim hoc vinum tam naturalem famem, quam eam, quæ est præter naturam. Sed in naturali dandum cum cibo, & post illum, cum pane, vel offa intinctum, ne vacua vasa repertens, caput ostendit. In fame vero non naturali & à cibo, & ante cibum, nam fames canina eo curatur, & cibis pinguibus. *Bæliu* autem, sicut omnis animi defectus, eo etiam corrigitur, non folium potu, sed & odore.

4. Ad- Quod vini potio meraci non solum habet dictam prærogativam tollendi famem,
mit. sed urinam maximè movet; unde stranguriam, & dysuriam solvit; oculorum item

Item dolores à causa frigida, non modò potum, sed in fomento adhibita, nocet ^{4. apb;}
 tamen iis, qui debile caput habent, ut pueris. Quare in totum sunt à vino arcen- ^{7. apb;}
 cendi, & non modò illi, sed eorum nutrices, quod epilepsiam inducat, & lapi- ⁴⁸
 des gignat. Unde concurrunt omnes celebres Medici, Pueris vinum esse prohi- ^{7. apb;}
 bendum usque ad decimumquartum annum. Ceterum vinum dulce minus caput ³¹ Hipp.
 ferit, & inebriat, & sputum magis edicit, quam vinosum in pituitosis naturis : ^{4. apb;}
 incommodum enim est biliosis.

APHORISMUS XXIL Qui à repletione morbi sunt.

CUM in præcedenti de famis remedio tractasset, quòd ex meri potionē con- ^{Comme-}
 stat; Nunc causam reddit, cur vinum tollat famem, quoniam contrarium ^{xii.}
 cit illi, & contraria contrariis pelluntur.

Curatio per contraria facienda.

Prima, ut Postulatum in Medicina ponat; altera verò ut causam reddat præce- ^{Ratiō}
 dentis Aph. tertia, ut illos reprehendat, qui putant omnem morbum à repleti- ^{intent.}
 ne fieri.

Dividitur hæc sententia in duas partes; in prima exemplo particulari suæ inten- ^{Divisio}
 tionis causam ponit; in altera verò conclusionem intentam.

Repletione vacuatione tollitur, & è contra.

Ergo

Demo-
stratio,

Contrariorum contraria sunt remedia.

Antecedens ponitur ab Hipp. tamquam notum, & ex Aph. XVII. comproba- ^{zdem.}
 tum, sanatio enim; ubi cibus, plus quam ratio postulat, assumptus est, fit sto-
 macho evacuato, aut vomitu, aut dejectione. Fames repletione statim tollitur.
 Consequentia deducitur à particulari ad universale.

Potest & universalis ratione probari hunc in modum.

Omnē quod alicui vim infert, illi est contrarium.

Sed omne remedium vim infert vitio corporis.

Ergo

Remedium omne erit vitio contrarium.

Major, & minor per se patent.

Quòd duo sunt Medici postulata, quæ quidem ipse (eo quod evidētia sunt; ^{1. Adm.}
 & principia sunt) supponit, aut exemplis solum declarat. Primum, est conser-
 vationem fieri per similia. Alterum verò, curationem per contraria fieri. Sed con-
 tra dicet aliquis; Si medicina est adjectio, & ablatio: Ergo Medicus semper ad-
 dit, vel demit. Conservatio igitur fit etiam per contraria: addere enim est tolle-
 re defectus vitium; demere verò, quod abundat. Quare dicendum, fieri quidem
 omne opus Medici per contraria, sed in morbis (quia evidētia ibi est contrarium)
 dici curationem, in sanitate verò (quia excessus ferè non sunt sensibiles) dici con-
 servationem. Rursus dices: Corpus temperatum debet in sua temperie servari
 ergo per exactè similia. Verum est: sed quia, ob varias transmutationes rerum
 non naturalium, non potest in eodem statu permanere; ideo ad illam conserva-
 tionem requiritur additio, atque ablatio.

Quo cum tria sint præter naturam, nemp̄ morbus, causa, & symptomata, ^{2. Adm.}
 de omnibus verum est, curationem per contraria fieri. Cum verò dicimus tolli
 molestiam per contraria: dupliciter intelligi potest: aut privativè, ut pallor tol- ^{annim.}
 litur inducta rubidine; dolor inducta voluptate calidum inducto frigido, & sic
 intelligendo, nulla est difficultas; vel intelligimus ita esse contrarium remedium,
 ut vim habeat efficiendi contrarium, & sic vera etiam est sententia: seu vis illa
 contrarii efficiendi sit in remedio actu, seu potentia; mediatè, seu immediatè;

E per se,

per se, aut per accidens: nam vomitus, vomitum curat, fluxus fluxum, sciammonium bilem tollit, & febrem, quamvis actu similia sunt: sed vim habent efficiendi contrarium, causam tollendo.

3. Ani- **madu.** Quod contraria hic largo modo accipere oportet, & non propriè: quia non omnis morbus habet verè contrarium, sed opposita intelligere debes, quocunq; modo opponantur. Oppositio autem non solum in primis, sed secundis, & tertiiis qualitatibus est consideranda, non enim solum calido, aut frigido curantur morbi, sed anaro, adstringenti; & non solum iis, sed proprietate occulta; qua ratione alexipharmacæ, & alexiteria, venenis opponuntur. Sed dices: Theriaca, quæ ex Vipera componitur, veneno ipsius resistit. Curatio igitur sit per similia. Dicendum tanien, inesse quidpiam in carne viperæ veneno ipsius contrarium. Sed quid dices de scorpione applicito loco ab eodem demorso, & sanante, atque attrahente venenum per similitudinem? Ergo per similia curatio fiet. An quod contrarius dicitur scorpio applicitus, quia causam removet, licet actu sit similis.

4. Adn. Quod morborum quidam dicitur in fieri, alius in factō esse. Primus requirit præcautionem, & curationem. Alter verò solum curationem. Sed dices: Hipp. vult, ut semper nos opponamus causæ morbi; at factus morbus, ut hecūca, causa caret. Dicendum causam, etiam si absit, indicare tamen remedium, saltem mediatè. Cæterum propter hoc putarunt nonnulli causam conjunctam semper esse cum morbo, sed aliam à morbo nullam habere indicationem: cujus contrarium in causa antecedenti contingit, nam ablato erodente humore, non tollitur ulcus; at ablata intemperie, tollitur febris, quia illa est illius conjuncta causa. Seu igitur tollamus conjunctam causam, seu ponamus illam eandem, vel distinctam à suo effectu, parum refert ad curationem.

Quomodo autem solvatur plenitudo, & quot illius sint genera, latè scripsimus supra Aph. XVII. est autem plenitudo frequentissima, & maximè familiaris morborum causa, adeò ventri sunt homines, & ebrietati indulgentes.

APHORISMUS XXIII. *Morbi acuti quatuordecim diebus judicantur.*

Conne- **xio.** **C**UM in superiori Aph. præcipue de eventu morbi egisset, asserens non esse certum in acutis; Nunc de tempore eventus acutorum agit, terminum prescribens illorum.

Intérno. Morbi acuti quatuordecim diebus judicantur.

Ratio. Ut quamvis incertus sit acutorum eventus, saltem Medicus hoc certum habeat, intent. illos intra quatuordecim dies insignem effectueros mutationem: & ut moneat Medicum, magnam diligentiam in iis morbis adhibeat, in quibus operandi occasio z. acut. adeo brevis est. Quare maximè Medicum laudat Hipp. qui in morbis acutis, & quibus plurimi morbi sunt, excellat.

Divisio. Non est capax divisionis hic Aph. ob brevitatem.

Demō- Natura diu magnos labores ferre nequit.

strat. Acuti morbi labores magni sunt.

Ergo

Illos natura diu ferre non poterit.

Sed experientia docet, hunc terminum non transcendere quatuordecim dies continuos. Igitur intra hoc spatiū finietur acutorum impetus.

Major, & minor clarae per se satis sunt.

5. Adn. Quod per acutum morbum illum intelligit, qui magnus est, & celeriter morvetur. Judicium autem hic accipitur pro tali morbi mutatione, uti jum evidenter de morborum exitu pateat: non enim omnes acuti morbi subito solvuntur; sed aliqui

aliqui paulatim, ut pleuritis, & peripneumonia. Ideo hic judicatio non solum mutationem subitam significat; sed quancumque insignem: dicitur autem fieri quatuor, & decem diebus; non quod necessario ad eum terminum sint perventuri omnes acuti, sed quod intra illum. Terminantur autem aliquando intra quartum, ut peracuti exacte, intra septem vero peracuti exacte, à septimo autem ad quatuordecim acuti simpliciter. Modum vero hos terminos dignoscendi scripsit Hipp. cum ait, *acceptiones, & constitutiones.*

Quod acuti morbi, quidam sunt continui, & uniformes, qui statim vigent, & perseverant in suo illo vigore: Alii sunt diformes, & interpolati. De primis intelligit hic; nam non potest natura continuos labores, & magnos ultra dies quatuordecim tolerare: qui quidem dies numerandi sunt non solum à principio morbi, sed à principio vcheinentie morbi. At morbi interpolati acuti ad quadragesimam diem se extendere possunt, ut scripsit Hipp. Laudans bonam respirationem, quæ in acutis morbis fit intra quadraginta dies iudicationem habentibus. Acutus igitur morbus quatuordecim diebus iudicatur: & acutus ex antecedentia sum iudicatus est, quia ex sua acutie decidit: quod Hipp. inter iudicationem reponit. Sed dices; An axion cum pleurite a trigesimum pervenit sine insigni mutatione, cum tamen Hipp. velit pleuriticum morbum iudicari intra quatuordecim dies, alio. *1. progr.* quin in suppurationem transire. Dicendum, Anaxionem pleuriticum iudicatum esse undecima juxta sensum hujus Aphorismi; quia eo die suavit, & expuere ceperit, quæ dicitur insignis mutatione. Cui vero scripto libro pleuriticos suppurari, nisi intra quatuordecim dies supra resurgentur, numerari oportet dies, non à principio morbi, sed à die, quo expuere ceperit: qui quidem fuit undecimus; & ubi ad vigesimum quartum devenit, ferè erat ex virginitate, licet non in totum: non enim vult Hipp. eos ex omni parte expurgari debere, ut fugiant suppurationem intra quatuordecim dies; sed sufficit, si majori ex parte repurgetur.

Quod morbus acutus quidam est cum febre conjunctis, alias vero sine febre. *3. Ad-* Rursum cum febre, vel habet eam febrem sine inflammatione, ut causus, sines-*mus.* chus; vel cum inflammatione, ut pleuritis, angina, plrenitis. Morbi acuti sine febre sunt apoplexia, convulsio, epilepsia. Sed dices: apoplexia, & epilepsia longo admodum tempore iudicantur: ergo non omnis acutus morbus habebit prescriptum terminum quatuordecim hierum. Dicendum, apoplexiā iudicari, id est in signi mutationem efficere intra illos dies, vel ad paralysim, vel ad excitationem, vel ad mortem. De epilepsia dicimus, esse acutum morbum solum in accessione, quæ intra paucas horas iudicari solet.

APHORISMUS XXIV.

Index scripti quarti, &c.

CUM in antecedenti Aphor. de tempore eventus in acutis morbis tractasset *Conse-* quatuordecim dies statuens; In praesenti modo de diebus contemplabilibus *xii.* agit in eisdem malis.

Dies in acutis contemplabiles sunt quartus, septimus, undecimus, decimus- *Interv.* quartus, decimus-septimus, & vigesimus.

Ut Medicus dies cognoscat, in quibus insignes mutationes fiunt, & ut ostendat ultimum terminum in acutis esse vigesimam diem, si continuè affligant. *Ratio intent.*

Can hæc sententia unicam habeat conclusionem, non efficit à nobis divisa tur.

Dicitur. Illi dies in acutis sunt maximè considerandi, in quibus insignes mutationes sunt.

Sed in quarto, septimo, undecimo, decimoquarto, decimoseptimo, & vigesimo insignes sunt mutationes in acutis.

Ergo: In illis illi dies à Medico magnopere sunt animadvertisendi.

Major per se nota est. Minor ut experientia comprobata accipitur ab Hippocrate.

Anno. Quòd dies contemplabiles sunt in triplici differentia: alii indicativi dicuntur; medu. alii judicatorii, alii denique medii. Indicatorii sunt quartus, undecimus, decimusseptimus. Indicatorii verò septimus, decimusquartus, vigesimus: Intercalares sunt tertius, quintus, nonus, decimustertius, decimusnonus, & vigesimusprimus. Cæterum dies indicativi, quasi præcones sunt eorum, quæ in judicatoriis fieri debent. Nam quarta, quid in septima: undecima, quid in decimaquarta: decimaseptima, quid in vigesima fieri debeat, demonstrat. Et dicuntur indicativi, non quod in illis crīsis non fiat; sed quod magis indicent, quam judicent. Dies judicatorii sunt, in quibus potissimum sunt crises, & illæ magis ad bonum. Dies autem intercalares sunt illi, in quibus natura vel anticipans, vel postponens morbum indicat, vel judicat.

Alteri. Quòd in febribus continuis supradictos dies contemplatur Medicus ita ut sunt: atnot. Sed in intermittentibus solum dies accessionis, ut quemadmodum illis quarta est index septimæ; ita in his quarti accessio fit index septimæ accessionis, & veluti septimus dies in illis est judicatorius; ita in his septima accessio judicat: Illud verò non ignorandum, quod usque ad vigesimum diem, quaternarii sunt potissimi; quia in eo spatio vis robusta est, & magna sunt differentiae per quaternaria; at post vigesimum vis quaternarii deficit, quia languidior jam natura; ideo magis mutatio fit per septenaria, sicut post quadragesimum evanescit eadem ratione vis septenarii, & magis vigesimi indicant. Sunt tamen duo potentissimi dies in acutis septimus, & quadragesimus: ille enim primus est acutorum terminus, hic verò ultimus: primus enim est quatuordecim dierum, secundus viginti, tertius quadraginta.

Anno. Quòd naturæ impetus solent fieri per dies impares; trahit enim natura ut scripsit medu. Hipp. in die pari; expellit verò in impari. Quare fit, ut morbi, qui per dies par. 4. d: res habent accessiones, sint difficilis judicii, & febres quæ in imparibus non sol- morbi. vuntur, recidivas faciant. Ideò mala judicii fieri solent in sexto, octavo, duodecimo, & decimoctavo. Sed dices: si impar dies est judicatorius, ergo decimus tertius, & non decimusquartus, itemque decimusnonus, aut vigesimusprimus erunt judicatorii, non autem decimusquartus, & vigesimus. Dicendum, decimamquartam diem, & vigesimam esse impares, quia sunt fines septimanæ. Secunda enim ab octava die numeratur, tertia verò à decimaquarta. Cæterum dies quarta habet rationem imparis, quia est septimæ dimidium, quæ quidem quarta dies raro admodum judicat; & si quid boni habet, illud tertiaz tribuendum, quia ostendit, quid in tertia factum est. Cæterum dies, quemadmodum menses, & sprg. anni, non æqualiter numerantur, ut scripsit Hipp. Hinc fit, ut tres septimanæ ad vigesimum terminentur, & non ad vigesimumprimum; itidem sex ad quadragesimum. Accedit autem hoc ob varietatem motus Lunæ, & Solis.

Alteri. Quòd dies critici intra mensem Lunarem à Luna reguntur: quo circa cum Luna viginti septem diebus, & oto horis circuitum perficiat, diviso eo tempore in partes quatuor, fiunt dies sex, & horæ viginti. Itaque primus dies criticus in septimum incidit, secundus in quartum decimum, scilicet dies tredecim, & horas

& horas decem, & sex; tertius in vigesimam primam, scil. dies viginti, & horas duodecim. Ex his septima dies in acutis validissima; concurrentibus duabus causis validissimis, motu videlicet Lunæ, & motu morbi: Post hunc decimus quartus, qui dimidium est totus ambitus Lunæ. Dies autem extra mensem à Solis motu sumuntur. Verum Hipp. his veluti experientia comprobatis magis, quam ratione aliqua, fidem habere voluit.

Quod numerus dierum diversa ratione fit; aliquando enim numeramus ab ea hora, in qua sensibiliter homo male habet: aliquando ab illa hora, in qua morbus maximè viget: aliquando verò ab aliquo accidente, à quo morbus pendet, ut in abortu, & partu, si succedat acutus morbus aliquis interpositis diebus, vult Hipp. à die partu computationem esse faciendam. Cum igitur tria ista principia concurrant, nullus contingit error in ratione numerandi. At si non concurrant, potest numerari unus dies pro alio, & sic dies septimus videbitur sextus, aut octavus. Contingit etiam error ob idiotas, qui primam diem morbi non rectè accipiunt. Si enim quis ægrotavit prima die mensis ad vesperam, numerans illam diem unam, cum una dies sit accipienda vigintiquatuor horarum ab ea hora, in qua cecidit homo. Ex hoc contingere potest, ut dies septima videatur octava: quæ quidem omnia sunt à Medico consideranda.

Quod vis diei judicatorii tanta est, ut nisi morbus in ea judicetur etiam cum bonis lignis, recidiva sit expectanda: & si Crisis in ea die fiat etiam sine coctione, notum magnæ sit efficaciam: ad tutam enim, & fidam crism duo requiruntur, coctione, & dies contemplabilis aliquis. Ideo scripsit Hipp. morbos, qui neque cum signis salutaribus, neque in diebus judicatoriis desinunt, plerumque recidiyam efficiere.

APHORISMUS XXV. Æstivæ quartanæ plerumque breves.

CUM in superioribus de duratione acutorum morborum tractasset; Nunc de Connexionib[us] longorum eventu pertractat, & loco exempli quartanam assumit. xi.

Æstivæ quartanæ plerumque breves: Autumnales vero, & quæ ad hyemem pertingunt, longæ.

Ut uno proposito exemplo morbi longissimi, demonstret omnes morbos in Æstate breviores esse, quam in aliis temporibus, præcipue autumno, & hyeme. Preterea, ut ostendat salubriores fore Æstivam quartanam, quam hyemalem.

Hæc sententia in duas partes secatur: In prima de quartana Æstiva conclusionem Divisio ponit: In altera verò de quartana autumnali, vel hyemali.

Quo tempore quartana causa est mitior, calor intensior, habitus corporis rarius, citius solvetur.

Sed quartana in Æstate causam habet mitiorem; calor eo tempore major, & habitus corporis laxior.

Ergo

Æstiva quartana brevior, quam autumnalis, & hyemalis, & per consequens morbi in Æstate breviores sunt.

Major per se clara est. Minor autem probatur ex parte cause, quia humor quartanam creans subtilior est in Æstate, quam in autumno. Reliqua verò aperta sunt.

Quod quartana duplex est, altera exquisita, altera notha. Exquisita oritur à melancholia naturali, vel sanguine per Æstatem exastato ad autumnum. Notha fit ex bile adusta, vel ex cruditatibus in pueris, & adolescentibus ex prava victus ratione. In Æstate igitur magis fiunt nothæ quartanæ, ideo causa facilior. Accedit calor Æstatis fundens humores, ac liquans, & per sudorem transmittens, ra-

refacto corpore (quartana enim plerumq; sudore judicatur) quod *nec autumno*; *nec hyeme* contingit, *nec enim calor adeat fundens*, & humores frigidiores sunt, & magis ad interna moventur. *Quamvis autem innatus calor sit hyeme major quantitate*, & ideo ad alimentorum coctiones aptior, non tamen ad fundendos, & liquidandos humores æquè potens, ut *aestivus auctior* in qualitate. Quare videmus *apoplexiā*, & convulsionem magis requirere, ut sanentur, *extraneum*, ac febrilem calorem, quam naturalem: hic enim aptior ad coquendum alimentum, ille ad reducendum humorē ad temperiem, ad fundendum, excernendum vē.

Alterā ann. Quòd quartana alia est *simplex*, idest nullo alio affectui conjuncta; alia *composita*, quæ ex tumore lienis enascerit. Rursus utraque, vel est *intermittens*, vel *continua*. *Intermittens* aut est *unica*, aut *duplex*, aut *triplex*. *Unica* quanto quoque die corripit: *Duplex* autem bis intra quatuor dies. *Triplex* verò ter intra illud spatum. *Quartana* igitur continua, vel *triplex* admodum periculosa est, minus *duplex*. *Quartana* verò cum tumore lienis, periculum est, ne in *hydropenam* transeat. At una quartana *simplex* securissima est, licet longissima, non solum ipsa in se testimonio Hipp. sed a magnis morbis liberat; in senibus tamen non vacat periculo; maximè *autumnalis*. Ceterum *hybernas quartanas*, scripsit idem *Auctor*, transire in acutos morbos, quia temporis frigiditate augentur, & fiunt continuæ, aut triplices: transientes in mo. bos acutos.

3. Ani- madv. Quòd omnes morbi citius terminantur *aestate*, quam *hyeme*, seu ad salutem, seu ad mortem. Ratio primi, quia materia est calida eo tempore, & facile extenuatur, atque excernitur adjuta ab ambiente. Ratio alterius, quia *aestate* citius putrescit corpus, & magis debilitatur. Ideò ex capitib; vulnere, si quis moriturus est, testimonio Hipp. citius moritur *aestate*, quam *hyeme*, & citius eo tempore *vulne.* febris corripit. Nec ex hoc tollitur veritas ejus, quod scripsit bene se habere morbos calidos ad tempora frigida, quia non dicimus morbos esse minus periculosos *aestate*, sed breviores. Ceterum de temporibus anni in comparatione ad morbos *3. apb 3* loquens Hipp. *aptissimum*, ait, esse ad pessimos, & vetustissimos morbos submolib; pred vendos ver, & *aestatem*, & majorem commoditatē præstare, quam autumnum, per apb vel *hyemem*. Sed dices: *Quartana autumnalis*, quia tempori cognata est, debet ret esse brevior, & minus periculosa. Sed & *aestiva* tempori cognata est, ut legitur ap. Hipp. Præterea, etiam si *aestiva* non esset cognata temporis, non sequetur esse breviorem *autumnalem*, quia comparatio illa trigesimi quarti Aph. debet fieri inter morbos æquales.

4. Ani- mali. Quòd contingere potest *aestivam quartanam* esse longiorem *autumnali*, & *hyeme-* *mali*, sed raro, quando illa ex afflato sanguine oritur eo tempore, hæc verò ex mala viētus ratione. Solet autem per morbos acutos abscessus ad quartanam, ubi febris elongatur sine inflammatione, aut alio signo malo, & maximè senioribus, si ad autumnum appropinquet, & erratico modo apprehendat.

APHORISMUS XXVI. Convulsioni febrem accedere, &c.

Conne- xio. **C**UM quartana se ad convulsionem habeat, ut superveniens ipsi illam solvat; ideo occasionem nascit, cum in superiori de quartana tractasset, nunc de convulsione agit, docens cuomo lo se habeat ad febrem.

Invent. Melius est febrem sequi convulsionem, quam è contra.

Ratiō intent. Ut ostendat anum morbum per alterum curari posse. Quare licere Medico aliquando ad unius morbi curationem alterum inducere. Deinde, ut hoc uno exemplo doceat, morbos frigidos à febri juvari.

Aph,

Aph. brevitas nequaquam divisionem patitur.

Febris convulsioni succedens plerumque illam solvit.

Convulsio febrem sequens, malum auget.

Ergo

Melius est, ut convulsio febrem antecedat, quam è contra.

Consequentia est manifesta. Antecedens probatur; quia febris convulsioni succedens bona est dupliciter, & ut signum, & ut causa; ut signum, quia ostendit convulsionem fieri à repletione, idèo esse sanabilem; ut causa, quia humores coquunt, & attenuant, ex quibus convulsio nascitur. At convulsio febri adveniens mala est ut signum, quia ostendit à siccitate fieri, quæ est periculosa, & ut causa, quia auget malum.

Quòd convulsio est accidens, per quod membra magna vi contrahuntur, aut inordinatè moventur: ideo quædam est cum motu manifesto, ut epilepsia; quædam cum occulto, ut distensio: per quam corpus ad anteriorem, vel posteriorem partem flectitur, vel erectum manet. Causa hujus affectionis duplex ponitur ab Hipp. nervorum scil. repletio, & inanitio; præter quas alia ponitur tertia causa, humorum malignitas; nervi enim distenduntur nimium madidi, aut exsiccati, veluti cordæ, funis; aut aliqua pungenti illos qualitate, quæ ita adversa est membro, ut cogat ipsum ad se retrahendum, non secus ac puncti vermes contrahuntur. Ceterum repletio, quæ convolutionem facit, non solum est humoris, sed crassi flatus, qui in nervorum propagines insiliens, illas non secus, atque cytharæ cordis, implet. Probabilius autem est convolutionis causam flatum istum statuere, quam humorum crassum, nec enim posset solvi distensio intra quatuor dies, si ab humore imbibito fieret, nec distinguiri posset à paralyssi quam ex crasso humore in nervis impacto fieri statuit, nec ratio facile redderetur, cur in resolutione tollatur motus, & sensus, in convolutione verò minimè sub eadem causa eadem symptomata fiant. Arie. vult fieri utramque passionem ab humore frigido, sed imbibiti in paralyssi, in convolutione autem impactum esse, & crassorem, quod falsum videtur, quia ex vini potu fit convulsio, replente vino ipsos nervos. Alii dicunt fieri convolutionem ab impacta in principio nervi materia, sed in paralyssi esse per totum nervum imbibitum: Cardanus ait in convolutione esse materiam in cavitate nervi, at in paralyssi in illius substantia: Sed hoc scripsit Averroes non esse scibile, cur eadem in materia eodem loco posita, modo faciat paralysim, modò convolutionem. Eadem dicit apoplexia, & apoplexia est dubitatio. At si ponamus flatum materiam convolutionis, humorum verò paralysim, & apoplexiæ, facile solvitur questio. Sic epilepsia plerumque ex flatu oritur, apoplexia ex crasso humore.

Quòd febris convolutioni supervenienti eam solvit, at non quæcumque febris id efficiere potest: nam magna vires dissolvit; parva non sufficit ad flatum, vel humoris dissolutionem, erit ergo talis febris, quæ convolutionem, & apoplexiæ curare potest, quæ quartans de illa enim scripsit, quod convolutionem tollat. Num 5. apb. verò Medicus licet in ipsis morbis febrem excitare, negant aliqui: quia difficile in epid. est, ita proportionatam inducere, & periculosum si vehementer excitetur: veluti in Numinis Filio excitata est febris cum apoplexia laboraret, interiit tamen ille. Sed non ob haec terretur Medicus, sed naturam imitando, febrem excitare debet, etiam si sit pericolosum, quia morbus est extremus. Exempla habes ap. Hip. febrem excitante in convolutione. Sed dices: quomodo natura potest excitare febrem in apoplexiæ, & convolutione, cum rigeat universum corpus, & ferè extinctum habeat calorem? Dicimus, non secus, ac per rigores febres excitantur, ita in illis affectibus excitari posse a natura, attracto in principio calore ad cor, & ibi ob impetum conculcato sanguine, & incenso. Ceterum modum excitandi ca-

3. sp. b. lorem in convulsione, licet periculorum, ostendit Hipp. ex multa frigidæ profusione, sed supponit juvenem bene carnosum, in media æstate, & sine ulcere, hoc est vulnere: febris enim non solvit convulsionem ex vulnere, vel inflammatione.

3. Ani- Quòd convulsio, quæ febri supervenit, vel illi advenit in principio repletis ner-
mato. vis, aut in fine jam exsiccati. Primo modo si accidat, potest solvere febrem: de
In Coac. hac scriptis Hipp. in Coacis dicens; *Convulsio febri supervenientis eam solvit eodem die, aut postero, aut tertio; advenit autem pueris potissimum translata ad nervos materia.* At si febri acutæ, & in fine (maximè juvenibus, & grandioribus) con-
vulsio accidat, ferè lethalis est; quia exsiccata nervorum substantia, non amplius refici potest. Sed quoconque modo superveniat convulsio febri, pejus est, quam è contra: nam licet in principio adveniat, & febrem solvat, majus tamen malum est, quam febris; sed aliquando contrarium accidit: melius enim est convulsio-
nem à repletione febrem sequi, quam malignam febrem sequi convulsionem.

APHORISMUS XXVII. His, quæ præter rationem curant, &c.

Conse- **C**UM Hipp. multa hactenus de Prognostico tractasset, & post hac de eodem
xtri. multa dicturus sit. In hoc Aph. celebrem animadversionem affert, circa
prædictionem, veluti fecit in decimonono.

Intent. Signis, quæ non secundum rationem fiunt, parum est fidendum.

Ratio
intent. Ut non temerè Medicus ex quacunque levitate, vel gravitate morbi pronunciet,
& propterea, ob morbi mutationem irrationaliter, vicitus rationem mutet, atq;
zegrum perdat. Quare, & ad prædictionem, & ad curationem utilis est hæc sen-
tentia.

Dixitio Bi-partito dividitur Aph. nam primò ponit conclusionem intentam; deinde ve-
rò rationem affert suæ intentionis.

Demis- **I**is, quæ instabilita sunt, & parum durant, Medicus fidem adhibere non debet.
frat. Sed infida, & præter rationem signa instabilita sunt, & parum durant. Ergo
infidis signis parum fidendum, seu ad bonum, seu ad malum.

Major certa quidem. **Minor** verò ostenditur; quia, si præter rationem fiunt,
causam habent non perdurantem, dummodo morbus secundum rationem sit, &
constans, quia in aliis durare possunt.

1. Ani- Quòd signum triplex est in significando, quoddam enim non est omnino fidum,
madu. & rationale; aliud omnino infidum, & irrationale; tertium partim fidum, par-
tini infidum. Allevatio igitur, quæ sit in die critica precedente coctione, & eva-
cuacione, omnino fida est ad bonum. Sicuti gravitas, quæ cruditates sequitur,
ad malum: Signum omnino infidum est, si apparente coctione, & evacuatione,
morbus ingrauescat, vel nullo ex iis apparente levetur; Neutrum signum est alle-
viatio sine coctione, sed in die critica, vel apparente coctione, verum si eva-
cuacione, vel apparente coctione, & evacuatione, sed non in die critica, veluti gra-
vitas altero illorum deficiente. De signis autem omnino infidis loquitur hic Hipp.
in quibus fides nulla, aut parva admodum habenda, immo irrationalia signa quòd
ad pejus, eò mellora; quo ad melius eò pejora: Signis verò omnino fidis proflus
credendum, mediocriter autem mediis.

Altera Quòd signa irrationalia sunt in duplice differentia; vel enim apparent in morbo
adnot. uniformi suam servante naturam, vel in morbo difformi. Morbus uniformis est,
qui signa suæ naturæ convenientia servat, ut sitis, vigilia in ardenti febre, se-
fomitus, & sitis carente in ea si appareat, jum non est causos exquisitus, sed diffor-
quis. Sitis ergo est secundum rationem in causo; præter rationem verò carentia
sitis.

fitis. Uniforme igitur signum fidum est, at difforme infidum, si parum duret; & subito adveniat. Verum si signum difforme duret, & à principio invadat, tunc potens est indicium ad malignitatem morbi significandam, & talibus signis Medicus fidere debet: quod jam non sunt instabilitia; sed quemadmodum morbo uniformi sunt difformia: ita difformi sunt uniformia, & secundum rationem. Id indicavit Hipp. dicens, esse instabilitia, nec durare solere: quasi dicat: si duraverint, seu ad bonum, seu ad malum, fides illis habenda.

Quod multæ sunt causæ, cur cum bonis signis ingravescat morbus, cum malis verò levetur. Id enim contingit, vel à causa externa, ut temporis mutatione, animi accidentibus, errore in victu; vel accedit à causa interna, propter pugnam naturæ cum morbo in separatione humoris, ut in critica turbatione, vel ob inæqualitatem materiæ, ut pars una superetur, altera nequaquam, vel ob materiæ malignitatem, quam quidem non audet natura aggredi. Sed dices Hip. in malignis morbis faciem bonam laudavit, & præter rationem extenuatum damnavit in prævis: & ista non secundum rationem sunt, & tamen illis credendum afferuit. Dicendum, illa signa fida non esse, quoniam quamvis difformia sint, supponuntur tamen ab Hipp. durabilia loc. cit. Hic autem infirmum signum supponit, quippe in Codice quod subito fit, & parum durat in morbo uniformi. Cujus generis sunt critica ^{1. prog.}, precedente contione, quæ quidem licet in se mala sint, respectivè tamen 6. epid. bona sunt.

Quod Medicus tunc mutare debet operandi modum, cum secundum rationem ^{3. Adi.} morbus mutatur: at cum præter rationem, nequaquam, se bene speculanda causa, & persisterenti quo ad exitus pateat: præcius verò nil moliri debet, quando præter rationem sit gravior morbus, id rectè explicat infra Hipp. si recta ratione gerenti omnia suum undum eam minus succedit, non protinus est ad aliud transfundum ^{apb. 521}. Ceterum infirma signa plerumque in morbis malignis visuntur, quod sit, ut in illis salutis, aut mortis prædictiones non sint tutæ.

APHORISMUS XXVIII. Febris: antem non omnino leviter.

CUM in superiori Ash. Hipp. statuisset, non esse si lenium signis irrationabilibus; Nunc signum sumit à corporis constantia, seu extenuatione, quando præter rationem fit. ^{Connexio} ^{xii.}

Corporis constantia, aut extenuatio præter rationem in febre non mediocri , Intent. malum.

Ut uno signo Medicus in febribus, longitudinem, & brevitatem cognoscat. ^{Ratio}

Sententia hæc bipartito dividitur: primò enim suam conclusionem affert, de- intent. Divisio inde vero causam suæ intentionis.

Id, quod significat, vel morbi longitudinem, vel virium imbecillitatem, est ^{Demonstrat.} malum.

Sed corporis constantia, vel extenuatio præter rationem in febre non mediocri significant morbi longitudinem, vel virium imbecillitatem. Ergo

Corporis constantia, vel extenuatio præter rationem in febre mediocri, seu non omnino levi, malum.

Major per se quidem clara est. Minor declaratur: nam corporis constantia in febre arguit corporis densitatem, & frigidorum humidorum copiam, sicuti extenuatio præter rationem, humorum tenuitatem, vel malignitatem, corporis raritatem, & substantiam membrorum facile dissolubilem.

Quod febris, quedam est vehementis, quedam levis, quedam mediocris. In ^{1. Adi.} levii

levi febri raro corpus extenuatur: si tamen in ea consumatur præter rationem, magna morbi malignitas significatur. In vehementi autem febre fere corpus extenuatur, & valde consumitur. At in mediocri frequentius utraque affectio contingere potest præter rationem. Ideò de hac potius mentionem facit in Aph.

Alera. Quod corporis constantia absolute bona est, quando arguit robur facultatis, sed anima respectivè mala, cum est irrationalis; quia ex ea significatur morbi longitudo. At extenuatio præter naturam semper mala est: & si fuerit extrema, & apparent **3. prog.** in primis tribus diebus sine causa manifesta, mortalis est ap. Hipp. Ubi igitur corpus constat præter rationem, debet Medicus humores extenuare, & calefacere, & habitum rarefacere. At ubi præter rationem extenuatur, debet humores in crassare, habitum densare, & virtutem corroborare.

3. An. Quod, signum extenuationis, vel constantiae corporis manifestissimum sumitur à facie. Ideo hanc in primis considerandam esse à Medico scripsit Hipp. cum quoniam primo sese offert, tum etiam, quia multas partium differentias habeat. Deinde extenuationis signum sumitur à ventre inferiori, si quidem ibi etiam manifestè hoc signum patet, quoniam magis in ea parte, quam alibi viget pinguedo. **4. apb. 37.** Ideò scripsit Hipp. inferius: Partes ad infimum ventrem attinentes, crassiores esse præstare, illarum vero extenuationem malam esse, & ad infernā purgationem parum tutam.

4. Ani- **malu.** Quod morbi longitudo non solum ex corporis constantia præter rationem cognoscitur, sed ex aliis signis, ut ex sudore frigido juxta illud: *Frigi sudores cum fe-* **4. apb. bri &c.** Tertiò cognoscitur morbi longitudo ex cruditate excrementorum, urina **37.** enim tenuis, & cruda morbi longitudinem significat. Sunt, & multa alia, quæ **1. apb.** longitudinem, aut morbi brevitatem ostendunt, de quibus Hipp. scripsit. **12.**

APHORISMUS XXIX. *In principio morborum, si quid &c.*

Conne- **C**UM supra assertisset Hipp. non esse fidendum signis, qui præter rationem gravant, aut levant, & per consequens non debere Medicum vietus rationem mutare ob illa: accidunt enim in statu: Nunc de Medici actione tractat, docens magis operandum à principio morborum, quam in statu. **N**ec titur cum vigesimo quarto, ubi intra quatuordecim dies judicari dixit acutos morbos. Ideo statim à principio subveniendum.

Intent. In morborum initii magis movendum, quam in vigore.

Ratio- Ut Medicus advertat occasionem remedii, & statim subveniat, præcipue in a-
intent. cutis, antequam natura præoccupetur.

Divisio Duas habet partes hæc sententia: Prima continet, maximè operandum in morborum initii Altera vero magis in vigore illorum quiescendum.

Densi Quo tempore minus affligitur æger, & vires sunt validiores, magis movendum.

Sed in principio minus affligitur æger, viresque sunt firmiores: quam in statu.
Ergo

In principio magis movere oportet.

Major certa quidem est, nam robustæ vires facile remedium tolerant, & natu-
ra minus afflcta concedit remedium. Minor quoque clara est: nam si adhuc morbus
ægeri debet, & vires sunt fortiores à principio, & morbus minus affigit.

4. Ani- Quod hic Hipp. non distinguit tempora morbi penes conditionem, & cruditatem, **malu.** sed bene ipsius morbi motum, qua ratione tria tunc stituit tempora, principium (ab quo continetur augmentum) statum, & declinationem. Cum igitur in sta-
tu

tu natura magis, quam Medicus morbum solvat, Medicus vero magis à principio, hinc sit ut quiescendum sit à Medico, quando natura maximè pugnat; operandum, quando ipsa non solet rectè operari, si urgeat, quod est in principio: nam Medicus non solum est naturæ imitator, sed corrector: & operator, quando natura non moyet, si necessitas urget. Sic mittimus sanguinem statim à principio acuti morbi: neque in hoc Medicus naturam ullo pacto imitatur, sed movet, ipsa quiescente, & quiescit, quando ipsa movet.

Quod verbum illud *moveare*, magnum remedium significat, qualis est sectio *ver-*
næ, & purgatio: purgatio tamen non semper, nisi turgeat materia: ob illud *adnot.*
Concocta medicari, & *moveare*. Ideo dixit non esse absolute movendum, sed si vi-
4.apb.4
detur, ubi occasio adest: tollitur enim, & jugulatur morbus, aliquando reme-
dio statim adhibito. Nec vero negavit hic Hipp. non esse aliquando movendum in
statu, sed negat hoc faciendum in prima parte status, quando natura maximè co-
ditioni intenta est.

Quod vires in statu sunt debiliores, quam à principio ratione sui, sed ratione
morbis sunt fortiores in salubri. Debilitatur tamen vis animalis magis, quam reli-
quæ duæ, ob spiritus copiam, quæ magna quidem ad motum requiruntur.
3.Ani-
madv.

Quod morbus quò acutior est, eò magis indicat à principio operandum, turget
enim materia semper in acutissimis morbis. Quare statim ad remedia veniendum,
juxta illud. *Movendum in valde acutis, si ad sui excretionem materia invitet, eo-*
4.ad-
dem ipso die: differe enim in talibus, malum.
not.
1.apb.

APHORISMUS XXX. *Circa principia, & fines morborum, &c.*

CUM in antecedenti statuisse Hipp. magis movendum esse à principio mor- *Connec-*
borum, quam in statu eorum: Nunc causam affert ejus rei: quare ita con-
nectitur hæc sententia cum superiori, sicuti causa cum suo effectu.
xio.

Circa initia, & fines omnia imbecilliora sunt, in vigore vero vehementiora: *Intent.*

Ut causa superioris sententiae in parte tradatur, secundò ut in omni morbo tria
tempora perpetua statuat, principium, statum, & finem. *Rati-*
intent.

Non est cur in partes hæc sententia dividatur, cum una sit, & brevis. *Divisio-*

Quo tempore magis affligitur æger, omnia sunt vehementiora. *Intent.*

Sed in statu morbi magis affligitur æger. *Ergo*

In vigore omnia vehementiora, quam in principio, & fine. *Demo-*
stratio.

Major probatur, quia si majora symptomata; ergo major morbus, & causa il-
lius, hæc enim se invicem consequuntur; Minor manifesta est ex definitione vi-
goris: tunc enim viget morbus, cum ad summum incrementum devenit.

Quod hic non accipitur vigor, neque tempus morbi, penes coctionem, & cru-
ditatem, sed pro illo tempore, in quo magis affligitur æger, quando igitur sym-
ptomatum vigor separatur à victore coctionis, non omnia in illo sunt vehementio-
ra, ut in pleuritide; quando vero cum eo jungitur, tunc omnia sunt vehementio-
ra in ea. Sed dices tu: Igitur non potest separari vigor symptomatum à vigore
morbis. Dicimus nos, se invicem sequi illa tria, quando unus est morbus, una
causa, & symptomata propria; at contingit ob diversas causas, & symptomata
diversa, & complicatos morbos separari; ut in pleuritide, & peripneumonia
, sive palmonia.

Quod Gal. putat in morbo lethali omnia in vigore esse vehementiora, ut in sa-
nabil causam, & morbum melius se habere: quod ita intelligendum est, ut sint not.
quidem omnia majora in vigore, sed causa una cum morbo sit melius disposita, &
benignior.

benignior. Est enim à principio morbus malignior, licet minor; sed in vigore benignior, licet major, si æger sit evasurus. Sed tu dices: In statu major concoctio: ergo major putredo, quod patet in abscessu, quo enim magis coquitur pus, major sit putredo. Dicendum, quod licet major sit putredo in statu, non tamen causa pejus est disposita, quia natura superat, & putridum expellit, ut ad quandam dederat mediocritatem.

3. Ad- Quòd vigor symptomatum non prohibet remedia: imò indicat, quia eo tempore natura ex se non ita potest contra morbum. Sed vigor coctionis prohibet remedium, quia tunc maximè speramus in natura; Sunt tamen quidam morbi, ut peracuti, qui omnia tempora ferè conjuncta habent, alii in quibus unum tempus solum sentitur, reliqua insensibilia, ut in synoche febre.

APHORISMUS XXXI. Si à morbo cibum adhibens quispiam, &c.

CUM in VIII. Aph. ante Hipp. causas retulisset, cur non reficiuntur convalescentes; Nunc quasi ex illo infert, malum esse si appetens non proficiat. Si convalescens cibum sumens non robatur, malum.

Ratio Ut signum ponat recidivæ prænuncium, & propositionem inducat ad probandum sequentem sententiam: in qua magis laudat in convalescenti inappetentiam, quam appetentiam.

Divisio Non capit divisionem Aph. cum unus sit, & brevissimus:

Demo- Id, quod indicat humorum pravitatem occultam, malum est.

Stratis. Sed non corroborari à morbo cum appetitu, indicat humorum pravitatem occultam. Ergo

Si à morbo quispiam cibum sumens non roboretur, malum.

Major manifesta est. Minor ostenditur: nam si appetit, necesse est stomachum bene se habere, cum verò non proficiat, adesse invenies vel pravos humores; vel partium intemperiem, unde rursus corrumpatur alimentum, significat.

1. **Adn.** Quòd in hoc casu Medicus debet corpus purgare paulatim, & rursus implere, intemperiem partium tollere, & corrigere, non solum manifesta qualitate, sed occulta; qualia sunt, quæ à proprietate agunt, calidum innatum roborare, somno, quiete, unctione, frictione, bono alimento. Supponit autem hic Hipp. ægrum non plus assumere quam decet: nam de hoc dictum est 8. Aph. quare scripsit in coac. Hipp. qui à morbo bene se ruficientes non proficiunt, ii maligne in reciditam incident.

2. **Adn.** Quòd quemadmodum, quando corpus deficit ex morbo, gracilescit, colorem amittit, obscurè agit: ita cum robatur, crassescit, coloratur; hilaris fit, & ad operationes agilius; id contingit, ubi alimentum superatur à facultate, unde Lib. de dixit Hipp. corroborare, & assimilare; at ubi non superatur, dissimilat, cor- alim. rumpit, marcorem inducit, quod patet in his, qui malo sunt habitu prædicti.

3. **Ad-** Quòd cum coctiones fiunt male in ventriculo, intestinis, & hepate, oportet notat. illas partes præcipue corroborare, & fovere, non solum iis, quæ intus sumuntur, sed quæ extra applicantur.

APHORISMUS XXXII. Qui aduersa valitudine, &c.

Conne- CUM in antecedenti Aph. damnaret appetentiam Hipp. quæ sine profectu est;

xio. C in præsenti modo sententia, comparatione facta ad cibi fastidium, hoc illi præstare statuit.

Intent. Fames in convalescenti per initia sine profectu corporis, in fastidium incidi, & contra, Ut,

Ut, quod paradoxum videtur, anteponat cibi fastidium appetentia, & rem ^{Rati-}
præter naturam rei naturali. ^{intens.}

Dividitur in duas partes; In prima de his agit, qui in principio appetunt: In *Divisio*
secunda verò de his, qui cibum fastidiunt.

Aucta malorum humorum copia, vel partis intemperie, necesse est operatio- ^{Demo-}
nem lœdi.

Sed convalescentibus, qui in principio appetunt sine profectu; augetur humo- ^{3.concl.}
rum pravitas, vel partis intemperies temporis progressu: ergo temporis progressu
in cibi fastidium incident.

Major propositio est manifesta, quia omnis excessus operationem lœdit, dum-
modo sit insignis: Minor probatur, quia, cum convalescentes sunt exangues, &
magis appetunt, quam concoquunt, cruditates oriuntur, ex quibus corruptio-
nes, & intemperies.

Secunda conclusio à contrario demonstratur: nam qui à morbo statim fastidiunt ^{Demo-}
cibum, minus appetunt, quam concoquunt, ideo temporis progressu redit appe- ^{2.concl.}
tentia.

Quod appetentia ad fastidium multipliciter comparari potest, vel absolutè, & ^{1.adn.}
sic omnis appetentia saltem ratione signi melior est, quam fastidium, vel habito
respectu ad causam, & sic fastidium aliquando melius est appetentia, præcipue
in corpore debili, & exangui, nam fames, ubi corpus non roboratur nocet ut
causa, fastidium verò juvat, nec solum fastidium præstat fami non naturali in ea
causa, sed ei, quæ est secundum naturam; etiam si ponatur corpus purum, quia
membra exinanita à morbo magis appetunt, quam vires conficer e possint, contra
fastidium præstat fami in principio convalescentia, non quod diu duret. Ideo di-
xit in contextu, qui forti inedia usi, cibum postea appetere incipiunt.

Quod in convalescenti duo reperiuntur: alterum inanitio, alterum caloris im- ^{2.adn.}
becillitas: quæ duo sibi invicem contraria sunt, quia defectu laborantia membra
multum appetunt, sed defectus caloris nec attrahere, nec concoquere, nec excre-
menta expellere est aptus: quare processu temporis in fastidium cibi incident,
nisi quis parca manu alimentum exhibeat, & membra corroboret.

Quod in corpore impuro duplex fames, excitari potest: altera naturalis, ubi ^{3.adn.}
scil. ventriculus valet, sed in reliquo corpore adest cacochymia, alia præter natu-
ram, ubi ventriculus mordaci humore, vel frigida intemperie afficitur. Inapp-
tentia quoq; altera naturalis, quoties adsunt humores, vel in ventriculo, vel in
venis, quos sperat natura concoquere: præter naturam verò, cum ita peccant illi
humores, ut nullo modo eos natura superare possit. In primo casu, victus adi-
mendus, in secundo verò exhibendus, ut in febribus malignis, atq; pestiferis.

APHORISMUS XXXIII. In quovis morbo mente constare, &c.

CUM in antecedente magis laudasset Hipp. inappetentiam, quam famem in ^{Contra-}
convalescenti, ne quis putaret hoc in universum verum esse, appetentiam ^{xii.}
cum ratione conjungit, magni momenti asserens illa duo in morbis.

Mentis constantia, & appetitus bona sunt in omni morbo, contraria verò mala. ^{Intens.}

Ut ex duobus signis ad salutem, vel mortem significandam, magna pars summa- ^{Ratio}
tur, & ut glosset antecedentem sententiam, qua præstare dixit cibi fastidium ap- ^{intens.}
petitui.

Non admittit partitionem Aph. brevitas, nisi secare quis velit in duas partes ^{Divisio}
penes duas conclusiones contrarias.

Quod

Quod omnium principiorum robur demonstrat, in omni morbo bonum.
Sed mentis constantia, & appetentia robur principiorum demonstrant.

Ergo: Mentis constantia, & appetitus bona in omni morbo.

Major per se patet. Minor probatur; quoniam mens, & in cerebro, & in corde ponitur ab Hipp. ideo ex constantia illius utriusque principii robur significatur. Appetentia vero de ventriculi, hepatis, cordis, cerebri virtute significat: cum enim partes principes valent, trahunt a ventriculo, unde fimes, quae cum oriatur in ore ventriculi, per vim cerebri nervis communicata, illius quoque dispositionem hac in parte demonstrat.

1. Adn. Quod triplex est genus signorum potentissimum ad praedicendum: unum sumitur a coctione, ad salutem; alterum a pravitate, & corruptione, ad mortem; tertium a cruditate, ad morbi longitudinem, & unumquodque illorum ab excrementis petitur. Succedunt postmodum signa maximè universalia, quæ licet non ita certa sunt, tamen valde magnam vim habent ad prædictionem, cujusmodi sunt hæc duo, appetentia, & mentis constantia; quibus si addatur bona respiratio, erit confirmata spes ad salutem; sicut ad mortem, si omnia hæc in morbo male se habeant.

2. Adn. Quod unumquodque signum, diversa ratione consideratum, dicit vel proprium, vel commune. Urina igitur & sudor in venarum passionibus propria dicuntur indica, at in morbis pectoris communia, sicuti sputum & respiratio propria in his, communia in illis: ita etiam appetentia propria est ventriculi, intestinorum, & hepatis, sicuti constantia mentis cerebri. In communi igitur significatione hæc duo sunt potentissima: quoniam maximè universalia: ideo de illis speciatim mentionem fecit. Si vero ista duo inter se conferantur, appetentia, & ratio, potentior est appetentia quam ex mente constantibus, nam robur hepatis magis ad salutem potest, quam robur cerebri, sed ad malum, magis potest mentis mutatio, quam inappetentia, quia plures moriuntur ex delirantibus, quam inappetentibus.

3. Adn. Quod mens hic significat omnem internum sensum, ita, ut æger nil præter consuetudinem agat, aut imaginetur, augetur bonitas si bene spirat, quia signum est non esse latenter dispositionem in corpore, veluti si secundum rationem timeat: sed præter rationem timor, aut hilaritas jam sine mentis constantia est: illud atræ bilis, hoc bilis indicium cerebrum potentis, eoque magis timendum, quo æger ex magis sapienti fit levior, & quo erat fortior, & constantior eo evadit timidior.

4. Adn. Quod bene se habere ad ea, quæ conferunt, duplicum intellectum habet, aut ad alimenta, aut ad medicamenta, utroque modo bonum est, ut causa, quia non solum valere rationem, sed obedientiam Medici significat ad auxilia: non quod appetere medicamenta, ut cibos, sit bonum, quia sani illa respuant: sed, ut medicamentum, & remedium appetere, hoc est bonum.

5. Adn. Quod inappetentia multiplex est: quidam nullos cibos degustare possunt quam assuetos, alii assuetos non possunt, sed contrarios, alii appetunt cibos, sed appositos omnino respuant, alii nec appetunt, nec assumunt. Ultimi quidem sunt pessime affecti, quia signum est naturalis facultatis desperitatem in nutritoriis membris, quare scripsit Hipp. *pessimum signum concomitant ægros cibi fastidium in totum.*

Epid.

APHORISMUS XXXIV. Minus periclitantur ægrotantes, &c.

Connex. **C**UM in praecedenti duo valida signa ad eventum morbi prædicendum declarasset, in præsenti sententia alterum sumit signum universale admodum, & scitu dignissimum in eam intentionem,

Morbus

Morbus proportionalis naturæ, vel habitui, vel ætati, vel tempori, vel con-
suetudini; minus est periculosus.

Ut paradoxum afferat nihilominus verissimum, minus periculi esse in cognatis
morbis, quam in contrariis, & ut universale signum ad prædictionem statuat.

Non est partitionis capax sententia hujus unitas.

Affectus similis minus est contrarius corpori, ergo minus periculosus, quam dissimilis: Antecedens probatur, quia morbus calidus in calida natura minus est illi inimicus, quam frigidus, & à minori causa fit: consequens deducitur, quoniam quo minus contrarius fuerit morbus, minus adversatur naturæ, quare minus periculosus.

Quod cognatio morbi, vel dissimilitudo cum referatur in Aph. ad naturam, habitum, ætatem, consuetudinem, & tempus, & unumquodque difficultatem patiatur, discutienda sunt singula ad veritatem Aph. & primum de cognitione naturæ agendum.

Quod natura significat hic quatuor, primarum qualitatum temperamentum, hoc duplex est: mediocre, vel aliqua excedens qualitate. Corpus igitur temperamentum æqualiter se habet ad omnem excessum, & dicitur salubre simpliciter in partibus similaribus, quod autem excedit ad aliquam qualitatem, dicitur inæqualiter se habere ad excessus, ut calidum magis resistit frigido, sed minus ægrotat à calido, quia in universum major est causa, quæ morbum inducit dissimilem, quam cognatum. Sic igitur biliola febris magis periculosa est Petro pituitoso, quam biliolo, non solum prædictam ob causam, sed quia cognatus morbus remedium minus intensum desiderat, quoniam minus à naturali distat, quam contrarius. Sic & biliosum in tertiana minus refrigeramus, quam pituitosum, quia minor distantia est in illo ad suam naturam. At dicet aliquis: quemadmodum aqua calida ad suam naturam se reducit per internam frigiditatem, ita natura frigida morbum superabit calidum, quare minori cum periculo ægrotabit. Dicendum est periculum in morbis magis pendere ab impressione facta, quam in reductione illius ad naturalem temperiem. Rursus dices: Convulsio est passio secca cognata nervo, qui sicca est, & tamen est periculosa magis, quam humida. Dicendum est, comparationem esse faciendam duarum naturarum ad unum morbum, ita ut convulsio à siccitate sit minus periculosa in nervo sicciori, quam in humidiori.

Quod habitus significat corporis constitutionem in figura, numero, & situ, utrum autem vera sit sententia de morbo in compositione? negat Gal. sed aduersatur Hipp. in textu. Sed dices tu, cur 1. Epid. moriebantur magis ex tæbe, qui majorem inclinationem ad illam habebant, cum contrarium per hanc sententiam evenerit? rursus in Prognostico dicit periculosam esse erectam spirationem in acuto morbo, & maximè in peripneumonia; vel pulmonia, cum sint illa cognata magis in morbis pulmonis, quam in aliis. At his difficultates facile explicat Gal. dicens, hos esse morbos in compositione, de quibus non loquitur in textu Hippoc. Porro contra est, quod ut diximus, habitum nominet, & ratio aphorismi sit universalis ad omnem morbum. Dicendum igitur ad primum, quod inclinati in tabem facilius incident, & facilius ab ea liberantur: moriebantur autem plurimi ex illis in illa constitutione, quia plures etiam ex morbo corripiebantur ex inclinatis: præterea, erat ibi universalis causa, & epidemica, unde vires superabantur in illis, ut magis debilibas. At contra Hipp. laudat in phthisi pectus quadratum: imò hoc aut unum ex signis ad salutem. Dicendum, non ob hoc minus periclitari: quia licet ad curationem sit facilior morbus in illis, ob robur pectoris, tamen ad morbi inductionem major causa requiritur, ideo magis periclitantur. Ad illud de Prog. dicimus,

dicimus, faciendam esse comparationem inter morbos ejusdem generis, immo unius morbi ad diversas naturas: igitur erecta respiratio immo amplio, & quadrato pectore periculosior, quam in stricto in peripneumonia, seu pulmonia, quae est morbus pessimus, & in ea magis periculosa, quam in aliis acutis: quia eam magnitudinem non habent: supponit autem aequalem magnitudinem.

3. Ad- Quod unaqueque ætas habet suos morbos, ut longo progressu scripsit Hipp. Sed notat. dicet aliquis: Epilepsia morbus est cognatus pueris, & tamen periculosior in illis. **3. Aph.** Secundo sputum sanguinis cognatum est adolescentibus, & tamen docet Hipp. magis ex illo mori juvenes quam senes, quia pulmonum affectiones non ita sunt vehementes senioribus, nec febres adeo acutæ, nec venæ ita densæ ad expurgandum. **4. de morbis.** Ad primum dicendum, pueros magis mori ex comitali, quia plures eo corripiuntur. Vel dicendum, per accidens contingere mori pueros, non quia major in illis sit morbus, sed quia minus resistant. Ad secundum dico, magis mori ex pulmonum affectionibus juniores, non per se, sed per accidens, ratione inflammations, & febris acutioris. Quod verò dixit non sequi fluxiones in senibus, & diurnas affectiones illorum comitari ad mortem, non violat veritatem sententiae: aliud enim est non concoqui morbum, vel comitari per totam vitam, aliud esse minus periculosum. Adeò præterea virium debilitas senibus, quarum tamen patitatem in comparatione supponit Hipp.

5. Ani- Quod quemadmodum ætas unaqueque suos habet morbos cognatos: ita & tem-
madv. pora anni. Sed dices: æstiva quartana brevior est, & salubrior autumnali, & tam-
men cognata est autumno. Secundo dicit Gal. in eo Aph. omnes æstivos morbos
esse breviores: æstate ergo minus periculosi. Sed Arist. vult periculosius ægrotare
homines æstate, ob virium debilitatem, quæ à quacunque causa vincitur, igitur
omnis morbus minus periculosus erit hyeme. Ad primum dico, æstivam quartanam
esse temporis illius cognatam. Ad secundum dico, quod licet omnis morbus
sit æstate brevior, non sequitur, quod sit salubrior. Ad tertium dico, quod ibi
1. prob. Arist. loquitur, comparatione ad vires facta, qua ratione major sit repugnantia
25. 26. ad malum: sed tamen adeò calor dissolvens, & corporum raritas, unde multi
3. aph. morbi facile æstate judicantur. Sed quæres, num robusti periculosius ægrotent
debilibus? In universum robusti, quia major causa ad ægrotandum.

6. Ad- Quod cognitio mali ad confuetudinem manifestè probat hanc sententiam; ideo
notat. periculosum est satis, ubi loquax tacet, taciturnus nimis loquitur, ubi modestus irascitur, aut contra, ubi pueri vigilant, aut fastidiunt cibum, valde enim ex his mutata natura ostenditur. Potest etiam ampliari ista sententia ad regiones
victus, sexus, & artes de morbo, causa, & symptomate: & similitudo vel est in
omnibus, vel aliquibus: tunc facienda comparatio utrum vineat ad morbi indu-
ctionem, vel resistentiam, aut reductiobem ad statum naturalem.

APHORISMUS XXXV. *In quibus morbo partes ad umbilicum, &c.*

Conne- **C**UM in antecedentibus de universalibus signis ad prædictionem egisset, que
xio. ex appetentia, mentis constantia, & cognitione morbi petuntur, nunc al-
terum signum sumit in eam intentionem, à ventris dispositione.

Intent. Ventris inferioris crassities in omni morbo bonum, contrarium verò malum, &
ad infernas purgationes parum tutum.

Ratio Ut in hoc signo Medicus ad morbi eventum certior fiat, unde moveretur Medicus
inten. ut consideret partes illas tactu, & visu, & ut illas partes foveat, tanquam nec-
essarias ad coctiones, & purgationes.

Secatur hæc sententia in duas partes; in prima ponit signum à dispositione ventris ad bonum: in secunda verò ad malum.

Quòd indicat robur facultatis naturalis, id in omni morbo bonum est.
Sed crassities ventris inferioris indicat robur naturalis facultatis.

Demostrat.

Ergo: In omni morbo bona est, & per consequens extenuatio mala.

Major propositio patet: quoniam potens est vis naturalis ad morbos solvendos magis, quam cætera. Minor probatur, quia naturalis facultas maximè elucet in ventriculo, intestinis, & hepate, quæ omnia in ventre inferiori reperiuntur.

Quòd in ventre inferiori sunt cutis, membrana carnosa, musculi octo abdominis, peritoneum, intestina, ventriculus, hepar, lien, Mesereon, omentum, quæ pertingunt quoq; septum transversum, ubi igitur hæc partes crassiores sunt, bonum est & ut causa, & ut signum: ut signum, quia significat non esse absumptam pinguedinem; ut causa, quia pinguedo est quasi culcitra ad coctionem, qua referta sunt intestina, & omentum, & Mesereon: At extenuatio ventris malum signum, quia pinguedo est absumpta, mala causa, quia facit ne rectè fiat coctio. Ad purgationes præterea inferiores parum tuta est, quia intestina destituta pinguedine facilè abraduntur, & à medicamento, & ab humore: unde termina excitantur, & dysenteriæ accedit, & muscularum imbecillitas.

Quòd venter inferior incipit à mucronata cartilagine, & comprehendit totum illud spatum, quod est usque ad pectinem, & inguina, & dividitur in tres partes. Prima pars est spatum illud, quod est supra umbilicum; secunda est umbilicus, & quod circa eum est; tertia infima est, quæ pecten dicitur. Sententia hæc de toto ventre intelligitur. Dicitur autem extenuatio respectu habito, vel ad mediocre, vel ad naturam ipsius ægroti: quemadmodum in Prognostico faciei similitudinem, vel ad sanos, vel ad ipsum ægrum considerat Hipp.

Quòd superior pars abdominis præcordium dicitur, & tanti sit ab Hipp. ut velit 3. Adhanc partem in primis contrectandam esse à Medico in acutis morbis, ubi enim hy- not. pochondrium est, & sine dolore, & tumore, magna spes concipitur ad salutem, quoniam signum est, substrata viscera non laborare inflammatione, & maximè septum transversum, quemadmodum si fuerint dura cum dolore, & tensione in acuto morbo, mortem significare scripsit, quia inflammatio significatur, vel septi, vel hepatis, aut ventriculi, vel lienis, vel alterius substratæ partis, unde ingens periculum.

Quòd non solum ventris inferioris extenuatio, sed tumor præter naturam malum est signum, seu durus ille sit, seu flaccidus, nam durities cum dolore, & febre inflammationis est signum, sine febre scirrhi, vel hydropis, sicuti flacciditas superfluam humiditatem denotat.

Quòd pinguedo in se nullam habet manifestam qualitatem, sicut oleum, calefacit tamen, quia reyerberat calorem, ut culcitra, & lana, ac capilli. Oritur verò à membranarum frigiditate tentantium vertere in suam naturam sanguinem, at non valentium id efficere, signum hujus, mulieres esse pinguiores, quia frigidiores. Sed tu dices: cum hæc membranæ semper actu caleant, igitur pinguedo non potest fieri à frigido. Secundò pinguedo in corde est non mediocris; ergo illa non potest generari à frigido. Ad primam dico, fieri pinguedinem, & ab innata membranæ frigiditate, & ab extrinseco frigore, quia adeps non sit absolutè à frigido, vel calido, sed à membra facultate. Cæterum pinguedinem cordis à pericardii frigiditate, & aqua in eo contenta servari, sicut & gigni à facultate partis est dicendum.

Quòd tantum potest fokus hujus ventris inferioris ad sanandos morbos, & præcipue longas febres, ut ex hoc solo sanari experientia sit comprobatum; in eo enim ventre doctè, ac verè omnium febrium intermitentium minerat collocat Fernel.

ad eum etiam locum transmittere solet natura per abcessum humores, præcipue in acutis morbis.

APHORISMUS XXXVI. *Sana corpora, &c.*

Connexio. **C**UM in antecedenti de purgatione egisset, statuens extenuationem ventris inferioris esse ineptam ad medicamenta, nunc corpora ipsa comparat ad illa, docens quomodo disposita sint ad purgationem.

Intent. Sana corpora, & malo-victui afflueta difficultè ferunt purgationes.

Ratio. Ut Medicus abstineat à medicamento in corpore sano, & in cacochymo, parca intent. manu purget.

Divisio. Divers habet conclusiones hic Aph. altera ad sana corpora: & altera ad male nutrita refertur.

Demonstratio. Ubi vis infertur naturæ, facile exolvitur corpus.

Sed medicamentum purgans in sano naturam perturbat. Ergo
Sanum corpus facile à medicamento malè afficitur.

Major per se nota est. Minor probatur, quia, cum nullis adsit humor peccatum in sano corpore, pharmacum trahit id, quod est naturæ familiare per magnam vim, unde fit colliquatio & valida pugna.

Ad demo. Corpora exanguia, seu imbecilla citò exolvuntur, evacuata: sed pravo victui afflueta corpora, sunt imbecilla. Ergo
A Medicamento facile offenduntur.

Major per se clara est. Minor ostenditur, quia pravum alimentum pravos humores gignit, & partium intemperiem; unde virium debilitas innascitur.

Auctor. Quod triplex sit in corpore mutatio: alia, in qua natura in totum superat, & dicitur nutritio, ideo nutrimentum est, quod à facultate nostra evincitur: alia est, in qua natura in totum superatur; ideo quod naturam vincit, dicitur venenum, aliud partim, superat, partimque superatur, & dicitur medicamentum, est enim medicamentum communiter quidquid nataram nostram alterat, purgans verò, quod intus assunxit, unum, vel plures humores trahendi vim habet; In sano itaque corpore necesse est esse humorum miscellam ita proportionatam, ut neque quantitate, neque qualitate fiat excessus; Si quis igitur corpori ita habenti pharmacum exhibeat, harmonia illa dissolvetur, & miscella disgregabitur, sit ergo cum labore; primo, quia natura retinet familiarem humorem; secundò, quia non habens quod trahat medicamentum, moratur magis in ventriculo, communicans cordi, & cerebro mala qualitatem; tertio, quoniam ad partes sanas converitur, & spiritum exhaustit, quæ non accidunt, ubi humor noxius est in corpore, cedente natura actioni medicamenti.

Adnot. Quod sanum duplex est, alterum simpliciter tale, quod sanum simpliciter diciatur; aliud verò, ut nunc tale, quod suam habet propriam sanitatem, de utroque vera est sententia, quod difficile ferant medicamenta, quia ad purganda excreta in his corporibus sufficit exercitatio, & balneum; at corpora, quæ secundum partes malè habent, licet alioquin sana, ut podagrī, aliivè, qui per tempora morbis quibusdam exponuntur, ista licet semel, aut bis in anno purgare ad præcautionem. Sed dicit aliquis, corpora sana robusta sunt; ergo facile ferunt purgationes, contra prædicta: Verum hoc est, sed quando ægrotant; at cum sana sunt, nequaquam: accedit & diffimilitudo, unde etiam illa difficilis admittunt.

Animadu. Quod corpora malo alimento nutrita sunt, quæ herbis, vel fructibus vescuntur, aut radicibus, item, quæ pravas aquas bibunt, & in aere depravato vitam ducent;

ent; ex his enim corruptitur habitus corporis, unde multi Hydro-pici, Liver-nosi, Hepatici, Elephantaci sunt. Quare ista corpora necesse est esse valde exangua. At dices: agricultæ pravo utuntur alimento, & tamen sani degunt. Dico hujus causam esse exercitium validum, & somnum longum, à quibus omnibus eorum omnes superfluitates consumuntur. Ex his ergo patet, quantum inter sit uti bonis alimentis ad sanitatem; siquidem prava corpora extingunt, & quantum etiam ad sanitatem conferat labor, & somnus; siquidem etiam iis, qui malo victu utuntur, sanitatem conservat.

APHORISMUS XXXVII. *Qui integra sunt corporis valetudine, &c.*

CUM docuisset in praecedenti exvolvi corpora sanorum à medicamentis, sicuti *Connexio* & quæ pravo sunt assuetæ victui; nunc ipsum de sanis, sed magis universa-
liter pronunciat.

Sana corpora molestè ferunt medicamenta.

Ut ostendat non solum exvolvi sana corpora à pharmacis, quod supradictum est, *Ratio intent.*
sed molestè ferre omnem medicationem.

Non est divisionis capax Aph. brevitas.

Sana corpora bene se habent ad conservationem.

Ergo

Male se habent ad curationem.

Antecedens est verum, & manifestum. Consequens deducitur, quia conserva-
tio fit per similia, & curatio per contraria.

Quod hæc sententia differt à superiori, quia universalior est, ex parte prædica-
ti, nam latius patet molestè ferre medicamenta, quam ab illis exvolvi; secundò, *Ad-*
notat. ibi solum purgans medicamentum, hic omnem curationem intelligit: quare non
fit mentio de cachochymia, quia non ita respuit omnem alterationem, sicut pur-
gantia medicamenta: at sanum corpus molestè fert omne genus medicamenti,
seu illud fiat chirurgia, seu pharmacia, seu diæta.

APHORISMUS XXXVIII. *Pau lo pejor, sed suavior, &c.*

CUM de sano corpore prouinciasset in antecedenti ægrè se habere ad medica-
menta; nunc quomodo se ad cibos habeat corpus ægrum, declarat.

Ut, quod paradoxum videtur, pejorem cibum meliori anteponat, dummodo *Connexio* *xix.* *Ratio intent.*
non sit valde malus: secundò ut hoc exemplo admoneat Medicum, ut ægris grati-
ficetur, quantum fieri potest, dummodo ne quid nimis.

Unica, & brevis cum proponatur sententia, non est quod frustra dividatur.

Cibus suavior magis familiaris est naturæ ægri.

Ergo

Anteponendus influavi, etiam si sit pejor.

Antecedens probatur quia nisi illi esset similius, non magis appeteretur: unde fit, ut melius amplectatur à ventriculo & coquatur: consequens manifestè deducitur.

Quod cibus melior, vel pejor dupliciter dicitur talis: vel respectu totius naturæ humanæ; vel respectu Petri, aut Pauli fieri potest, ut quod melius sit secundum *Ad-*
notat. speciem, sit pejus secundum individuum: nam caro vervecis ad hominis naturam
comparata melior est, quam agni; at non huic homini, quoniam fieri potest, ut meæ
naturæ comparata sit melior hæc: ideo magis moveor ad hanc, quam illam; & in
particulari magis est habenda ratio particularis, quam universalis.

Quod fertur magis aliquis ad hunc, quam illum cibum, primò ob consuetudi-
nem: unde dicebat Hipp. melius ferre nos cibos assuetos, licet malos, quam in-
2 Adm. *2 Actu.*

afluetos bonos: secundò propter aliquem humorem, quia in illo cibo reperitur; corpori utilem; tertio ob proprietatem occultam, naturæ quidem amicam, sed morbo repugnantem: quare fit ut monstra videantur, in arte, sanari inquam ab his, quæ manifestè morbo sunt similia, cum avidè desiderantur: quartò ob peculiarem cuiusque naturam, alii enim caseum versantur, alii cæpas odio habent: quintò ob longum unuscujusque cibi usum fit, ut natura contraria appetat.

3. Ad 4. Quòd ex hac sententia habemus, debere Medicum adulari ægro, dummodo ex *medo.* illa adulazione magna non sequatur noxa, quod etiam scripsit Hipp. gratificatio-
6. epis. nes, quæ non magnopere lèdunt, ut frigida, tonsura, ungues, cooperimenta, &c. Non ob id ullo pacto concedendum, quod valde lèdit; quia si quid mali accidat, in Medicum culpa transfertur: sed præter rationem plebs calumniatur Medicum, ubi ex ratione adulatur Medicus. Cum verò ex appetitu ægri noxa timetur notabi-
1. Meth. lis, rigidus, inexorabilisque esse debet, nam *bonus Medicus*, referente Gal. *agris imperare debet, sicut Imperator, & Dux militibus, subditisque omnibus.*

Altera adnot. Quòd ex hac sententia reprehenditur morosus, & scrupulosus Medicus, atque timidus non concedens aliquid temporis, regioni, ætati, & consuetudini, quærenda verò est suavitas, non modo in cibo, sed in medicamentis; ferè tamen curatio per insuavia fit, tum quia magna pars morborum ex obstructione nescitur, quæ amaris tollitur, tum quia partes sanæ similia, ægræ verò contraria appetunt. Sed dices: in ardente febre partes appetunt frigidam, & tamen ab ea lèduntur. Dico, per accidens lèdi; quia convertitur in bilem, quod non raro contingit. Quare scripsit Hipp. ægros magis appetere, quæ morbo sunt familiaria. Rursus dices: si intemperies præter naturam appetunt contraria, ergo semper obtemperandum ægro. Si morbus solum fieret ab intemperie, verum esset: sed multis aliis *Liber de oritur de causis.* Sed dices: multi febribentes vinum appetunt, ergo similia; dici-
arte. mas non appeti vinum ratione caliditatis, sed humiditatis: quòd verò non magis appetant aquam, asluetudo in causa est.

APHORISMUS XXXIX. *Senes magna ex parte, &c.*

Connexio. CUM in præcedentibus multa signa à diversis ad prædictionē desūpta statuisset, in prefenti sententia signum universale in eandā intentionē ab ètate desumit. *Intent.* Duas habet conclusiones; prima est, senes minus ægrotant, quam juvenes; secunda, senes diuturnis morbis apprehensi ferè moriuntur.

Ratio intent. Ut ostendat quantum possit moderatus vivendi modus: siquidem senes licet invalidi, & imbecilles, tali victu utentes, minus ægrotant, quam juvenes, licet robusti sint: secundò, ut moneat Medicum, ne procrastinet remedia senibus, sed statim à principio occurat, nam si diutius morbus perseverat, non amplius tolli potest.

Divisio. Fit partitio textus in duas partes; in prima comparat senes ad juvenes, quo ad morbos; in secunda verò prædictionem de senilibus morbis statuit.

Demonstratio 1. Qui minus obnoxii putredini sunt, & sobrii vivunt, rarius ægrotant.

frat. 2. Sed senes minus sunt putredini obnoxii, & sobrios vivunt. Ergo Senes rarius, quam juvenes ægrotant.

Major ostenditur, quia magna pars morborum oritur vel à putredine, vel mala vivendi ratione. Minor ostenditur, quia senes frigi sunt, & siccis; ideo putredini valde resistunt; continenter quoq; non solū vivunt, sed ubi aliquid mali sentiunt, custodiunt statim semetipsos; at juvenes mala victus ratione utuntur, & mala despiciunt.

Demonstratio 2. Morbi solviuntur vel excretione, vel rarefactione, vel coctione.

frat. 2. Se hæc aut non fiunt, aut raro, in senibus. Ergo

Morbi longi eos ad mortem usque comitantur.

Major

Major est manifesta, quia tres sunt modi prædicti solvendi morbos. Minor demonstratur, quia illa requirunt validum calorem, corporis raritatem, & materiæ tenuitatem, quæ in senibus non adsunt.

Quod istæ duæ conclusiones veræ sunt ut plurimum, aliquando tamen falsoe . 1. Adn.
Primo, quia senes, qui mala utuntur victus ratione, vel qui in juventute multum deliquerunt, non rarius ægrotant, quam juvenes. Secunda, quia aliquando per illa tria solvitur morbus in senibus, ut scripsit Hipp. sed illos, ibi intelligit, qui à 5. epis.
juvenili ætate sunt connutriti; vel loquitur ibi de prima senecta; hic de ultima.

Quod hæc comparatio senum ad juvenes multipliciter fieri potest: primò, vel 2. Adn.
fit in eodem homine, vel diversis hominibus: quovis modo vera est prima conclusio: secundò ad morbos in universum, & sic etiam vera est: tertio potest fieri comparatio de cognatis morbis, ut minus ægrotent senes morbis frigidis, quam juvenes calidis, & hoc etiam modo vera est conclusio: vel fit comparatio quo ad pericula, & sic periculosius ægrotant juvenes, quam senes, quoad acutos morbos, contra senes magis, quam juvenes, in longis. Sed dices: morbi frigidi sunt cognati senibus, calidi juvenibus: ergo periculosius deberent ægrotare senes calido, quam frigido morbo: respondit Gal. omnes morbos esse magis periculosos in extre- 3. progr.
ma senectute ob virium imbecillitatem, licet minores sint: Juvenes igitur ab acutis magis periclitantur, per accidens, ratione inflammationis, sicuti senes magis à frigidis eadem ratione, ob virium imbecillitatem.

Quod longi morbi ut plurimum sunt frigidi, ut pæralysis, hydrops, aliquando 3. Adn.
etiam calidi, ut hectica. Longitudinis verò morborum causa multiplex redditur, humorum multitudo, frigiditas, meatuum angustia, intemperies sicca, vitiata compositio, locus excrementis designatus, aut cum diurnus fluxus contingit, vel ultius: que omnia cum calorem robustum, & validas vires requirant, neutrum verò sit in senibus, hinc fit, ut longi morbi in illis haudquam sanentur.

Quod licet senes minus ægrotent, quam juvenes, sunt tamen illis longè insalu- 4. Adn.
briores; quare morbosissimos senes appellat Hipp. sunt igitur juvenes salubres Lib. de
senes verò insalubres. Sed non est idem esse insalubre, & actu ægrotare; insalubre enim duo significat, & quod male sanum, & quod actu ægrotat; primo modo sunt salubriores juvenes; secundo modo senes, quia calorem habent imbecillum, sanguinem paucum; quare nec febris, nec inflammatione facile fiant illis.

APHORISMUS XXXX. Raucedines, & gravedines, &c.

NE X U S hujus sententiae cum superiori per se clarus est, redditur enim hic Contra-
causa, cur longi morbi in senibus non sanantur, quod supra dictum est. xis.

Raucedines, & gravedines in valde senibus coctionem non admittunt.

Ut hoc uno exemplo declareret, non solum fluxiones, sed reliquos morbos ferè Ratio
non sanari senibus ultimis; secundò, ut ostendat maximam morborum partem co. intent.

ctione terminari.

Sententia brevitas divisionis capax non est.

Divisio

Ubi vires imbecilles, & calor valde paucus, coctio non fit.

Demo-

Sed in senibus extremis vires imbecilles sunt, & calor admodum debilis.

bratio.

Ergo: In valde senibus fluxionum coctiones non fient, & per consequens, neque raucedinis, neque gravedinis.

Major per se clara est. Minor quoq; probatione non indiget.

Quod raucedo fit ex humectatione asperæ arteriæ, per quam vox, aut nulla ; 1. Adn.
aut obscura redditur, oriturque ex fluxione humoris ad laryngem. Hujus contra-

rius est clangor, per quem vox sonora redditur, & solet accidere in acutis febribus, cum pernicie æ gri, exsiccata humiditate asperæ arteriæ. Gravedo est humoris fluxus ad nares, & coryza dicitur, sicuti qui fluit ad palatum humor, catarrhus dicitur. Catarrhi tamen nomine omnem fluxionem à capite intelligit Cels.

2. Adn. Quòd caput ob figuram, & situm capax est omnis repletionis: accedit cerebrum, quasi glandula, quod exsugit facillimè, quicquid recipit. Igitur ubi amplus continere non potest humores ad subjectas partes transmittit, nares, palatum, aures, oculos, pulmonem, inguina, articulos; quæ fluxiones in senibus non admittunt coctiones: nam Hipp. uno exemplo raucedinis, & gravedinis reliquias fluxiones quoque comprehendit.

3. Ani- Quòd fluxio (referente Hipp. Lib. de locis in hom.) fit & à frigore, & à calore. Frigiditas enim venas tendit, & exprimit humorē, quasi compressa spongia. A calore tenuatur humor, & carnes liquantur, & venæ cavantur: quare commovetur humor. Cæterum non solum fluit humor per meatus manifestos, sed & insensiles, ea ratione, qua sudor.

4. Ad- Quòd raucedo, & gravedo, vel oriuntur à causa externa, vel à causa interna: not. primo modo possunt coqui in senibus: secundo autem nequaquam, quia jam partes sunt adeo frigidæ, & intemperatæ, ut operationes naturales ferè obire nequeant: nec solum, prædicti, sed seniles morbi non solvuntur in senibus, quos numerat Hipp.

Alera Quòd senectus duplex, quædam prima, quæ est ab anno quinquagesimo ad septuagesimum: alia secunda, quæ est à septuagesimo ad vitæ finem. De secunda intelligit Hipp. appellans valde senes: nam in primis senibus bene coqui possunt. Sed & in decrepitis, si fuerint adjuti Medicī opera, coctiones fieri possunt aliquando; adjuvatur autem coctio vini potu grandioris, & dulcis, boni succi alimento, somno, quiete, frictione; quod enim per ætatem non fit, arte fieri potest: unde refert quidam, Leonicenum gravedine laborantem, cuidam citanti hunc Aph. respondisse non intelligendum de Medicis; convaluit tamen ille vino, & jure caponum,

6. adn. Quòd ex hac sententia colligimus ætatem maximum esse remedium, vel impedimentum ad sanationem morborum, nam infra dixit, epilepsiam sanari ætatis mutatione; hic gravedinem, & raucedinem, per se quidem sanabiles, ratione tamen ætatis non sanari.

APHORISMUS XXXXI. Qui frequenter, ac fortiter, &c.

Conne- **C**UM de raucedine, & gravedine in antecedenti sermonem habuisset, easq; xii. non recipere coctionem in valde senibus determinasset, nec tamen ideo mortales, nunc de malo agit, à quo repentina mors accidere solet.

Intent. Exolutio magna, & frequens sine causa manifesta, repentinam mortem affert.

Ratio Ut hoc uno signo mortem prædicat Medicus, & excusat, si quid molitur tenet.

intend. tandi gratia.

Divisio Capax divisionis non est sententiæ brevitas.

Demo- Ubi princeps membrum magno morbo laborat, mors sequitur repentina.

strat. Sed in frequenti, & forti evolutione sine causa manifesta, magno morbo laborat princeps membrum.

Ergo

In tali evolutione repentina mors expedita.

Major per se patet. Minor probatur, quia illud accidens, extremam afflictionem denotat cordis, & cō magis si à causa incognita fiat, quia latet remedium.

Quòd

Quod exolutio est repentinus quidam virium lapsus, ubi igitur omnes vires re-^{1. An-}
pentè concidunt, cum sudore, & coloris mutatione, syncopis dicitur, ubi verò de-^{matu.}
ficiunt vires, sed non totaliter, lipothymia, seu defectus animi nascitur, constante
parumper adhuc motus, & pulsus robore, hic verò Hipp. magis de syncopi loquitur,
quia illa est vehemens exolutio. Dicitur autem sine manifesta causa, non quod, si
fiat à manifesta, non occidat, sed quia non ita necessariò, quoniam cognita causa,
illius ablatione fortasse tolli potest. Per manifestam autem causam, cognitam intel-
ligit Hipp. seu illa sit externa, seu interna. Cæterum solet ista frequens exolutio se-
qui cordis abscessus, aut validam ejus intemperiem, aut veneni pravi assumptionem.

Quod cum exolutio sit virium defectus, vires autem sint in spiritibus, humorib^s Altera
& membris, necesse est eam fieri ob aliquem excessum, vel defectum illorum, se-^{adnot.}
cundum quantitatem, vel qualitatē: qualitas verò duplex est, manifesta, & oc-
ulti, quot igitur sunt excessus, seu quantitate, seu qualitate, in illis tribus, tot
sunt evolutionis species. Ubi igitur membra nimis consumuntur, aut à longo
morbo, aut acuto, vel ubi nimis excedunt, ut suffocent, aut ubi qualitate insi-
gni sunt prædicti, syncopis oritur ratione solidorum: spiritus etiam defectus, aut
superabundantia, vel corruptio, sicut & humorum evolutionem parit.

Quod syncopis perniciössima est passio, quia citissime hominem necare potest, 3. An-
nec ullum tempus Medicus concedit: ideo sine mora occurrendum illi, cum ne fiat, madv.
tum etiam magis postquam est facta, partes principes roborando, epithematibus,
odoribus, aquarum infusione, frictionibus, extremonum ligaturis: Solet etiam
non raro mulieribus ab utero hæc nasci affectio, vel quod ille siccitate membra su-
periora petat, & septum comprimat, ut ait Hipp. vel quod ex semine retento aura Lib. de
quædam sine motu, & convulsione ab utero ad cor deferatur, ut ratus est Gal. morb.

Quod epilepsia (si frequenter corripiat, & validè) est quoque ille affectus, de mul-
quo loquitur hic Hipp. vidi enim epilepticum, qui diu morbo illo laboraverat, sed de loc.
per ora intervalla, cum morbus repente, & plures inde eum invalidisset, re-^{4. Affect.}
pentè mortuum: nec solum, si scepè, & vehementer, sed etiam si feme, & ve-^{4. Adm.}
hementer exolvatur homo, repente moritur, ut in magna apoplexia, sed hoc sem-
per necessarium non est, ideo addit scepè Hipp. ut necessitatem inducat.

APHORISMUS XXXXII. Apoplexiam fortē, &c.

CUM in præcedenti sententia de evolutione loquutus fuisset prædicens mor-
tem repentinam ex magna, & frequenti; nunc de apoplexia agit, quæ & Conne-
cipit exolutio est quædam.

Magna apoplexia sanari non potest, parva verò cum difficultate.

Ut exemplum ponat unius resolutionis, quæ repente occidere potest; secundò Interv.
ut in apoplexia Medicus solum prædictione utatur; aut, si fortè manus admovet, Ratio
cum prognostico id fiat, ad parvam autem manus adhibeat. incert.

Potest dividī hæc sententia in duas partes juxta duas conclusiones, quarum alte- Divisio
ra de magna apoplexia mortem, altera de minori, curæ difficultatem ostendit.

Id, quo l' hominem suffocat, mortale est.

Sed magna apoplexia suffocat hominem.

Mortalis est.

Ergo

Demo-
strat. 1

Mixt' est certa. Minor demonstratur, quia magna apoplexia ita tollit vim re-
spiratorias, ut suffocet hominem.

Obstructio magna in principe membro, difficile tolli potest.

Sed per apoplexiā magnam, fit obstructio in membro principe.

F 4

Ergo Demô-
strat. 2

Ergo: Omnis apoplexia etiam parva est difficilis admodum solutionis.

Major est manifesta. Minor declaratur, quia in apoplexia fit cerebri obstru-

tio, & ventriculorum ejus, & magnarum venarum.

3. Adn. Quod apoplexia idem est ac percussio: quoniam, quasi percussi cadunt eo ma-

lo correpti, ut animalia in sacrificio, sensu, & motu orbata, sola tamen respiratione manente. Oritur spirituum interceptione, obturatis cerebri meatibus, aut venis ma-

gnis, quae à corde ad ipsum cerebrum tendunt, seu verius obstructo plexu rectifor-

mi, qui in cerebro conspicitur, ubi verisimile est magis contineri spiritum anima-

lem, quam in ventriculis, impeditur autem ex obstructione anastomosis. Causa, ob-

structionis humor est crassus, seu ille fuerit sanguis, seu phlegma, seu atrabilis.

4. Adn. Quod magnitudo apoplexiæ per lœsionem respirationis cognoscitur, & stertoris

5. Adn. magnitudine, aut parvitate, quod igitur difficultor respiratio, & stertor major, eò major est morbus. Maxima ergo erit apoplexia, in qua violenta, sed intermit-

tens respiratio: ultima, in qua inordinata est, sed non intermittit.

3. Adn. Quod prima conclusio habet difficultatem, aliqui enim qui per triduum mortui

jicuere, revixere; est tamen maxima hæc apoplexia. Secundò, adveniente febre

6. apb. eadem solvitur, ut scripsit Hipp. Ad hæc dicimus, magnam apoplexiæ ut pluri-

5. 1. um occidere, raro autem secus evenire, vel dici potest, quod illa prima apople-

xia non est magna, quia, qui cor frigidum habent, etiam à levè obstructione ap-

nætici sunt. Ad secundum dicitur, exolvi posse à natura, non tamen ab arte.

Sed quid, si Medicus febrem induxit? Contingere potest, ut sanetur, si talis

fit febris, qualis requiritur. Sed num in magna apoplexia Medicus à curatione se

abstinere debeat? Affirmant aliqui, quia res desperata est, decet tamen experiri

remedia, cum prædictione, quia monstra contingunt in arte aliquando.

4. Ani- Quod dubitationem habet ipsa conclusio, nam si obstructione fit hic morbus,

5. Adn. ergo facile curari potest: referente Gal. signum obstructionis, si morbus subito

fit, & subito solvitur, ut in epilepsia. Dico solvi facile apoplexiæ, non in to-

tum, quia aut desinit in paralysem, aut fit aliqua excitatio; vel dic, argumentum

Gal. non esse universale.

5. Adn. Quod si semper in apoplexia corpus est resolutum, cerebrum obstructum, non

videtur posse reservari respiratio, si quidem musculi thoracis à cerebro vim motus

accipiunt: an ob necessitatem natura mittit ad illos musculos vim animalem, vel

non ita sunt obstructi cerebri meatus, quin aliquid, ad movendos eosdem muscu-

los, transmittatur.

APHORISMUS XXXIII. Strangulati, aut suffocati, &c.

Contra- **C**UM de magna apoplexia pronunciasset in antecedenti, curari non posse;

xxv. in præsenti ejus rei quasi exemplum adducit, signum ex spuma oris assignans

celebre.

Intent. Strangulati, & nondum mortui, quibus circa os relicta est spuma, ad se non

redeunt.

Ratio Ut ostendat respirationis difficultatem, ubi eò devenit, ut spumam circa os o-

intend. stendat, esse mortalem: quare cum ad illum terminum devenerit apoplexia, in-

ter mortales reponenda.

Divisio Sententia unitas, & brevitas divisionem non admittit.

Demo- Id, quod ostendit extinctionem caloris in corde, est mortalis.

strato. Sed spuma circa os, in suffocatis extinctum cordis calorem denotat.

Ergo: Spuma circa os, in suffocatis mortem denunciat.

Major

Major per se manifesta. Minor ostenditur, quia spuma illa ostendit magnam esse factam effervescentiam, ad quam extinctus nativus calor fuit.

Quod duplex est spumæ causa: efficiens, & materia: efficiens est motus, & calor: materia, aqua, & aer, quæ ad invicem niscentur, vel motu ipso, ut aqua maris; vel calore, ut in lebetibus igne ferventibus.

Quod per suffocatos eos intelligit, qui ex defectu respirationis male habent, seu suffocatio fiat à causa externa, ut laqueo, aut spiritus tractione maligni, seu ab interna, ut venarum interceptione. Supponere autem oportet ad sententiae veritatem non modò strangulatos, sed resolutos: ideo dixit *nondum mortui*; quia epilepsia suffocantur, & convulsi fiunt, sed non moriuntur, etiam si spuma apparet in ore, quia non sunt resoluti: Nam spuma in epileptico fit magis à pituita in ore, motu mandibularum, & linguae: At in resoluto fit ex fuligine, quæ oritur ex calore resoluto cordis, & pulmonis. Notat tamen hic quidam auctor, quod aliud est apparere spumam in ore, aliud circa os: in ore appetit epileptico; circa os resoluto.

Quod quemadmodum ignis corruptio à contrario, resolutione, defectu pulsuum, & extinctione, sic & calidum nostrum: sed primus, vel ultimus sunt modi violenti, secundus naturalis.

APHORISMUS XXXXIV. *Quin natura valde crassi, &c.*

CUM in superiori Aph. Hipp. de iis, qui suffocantur, verba fecisset, in presenti modo sententia, de habitu corporis agit, ex quo cognoscamus corpus magis aptum suffocationi.

Valde crassi ab ortu minus vivunt, quam graciles.

Ut cognoscat Medicus, crassa corpori magis exponi suffocationi, & exolutioni, de quibus paulo ante actum est; secundò, ut, quod vulgo non putatur, minoris vita ostendat pingue corpus, quam gracile, & ut curemus corpus in mediocritate conservare, & ut illud extenuemus, si nimis crassescat.

Non admittit divisionem Aph. brevitas.

Corpus, quod fato, & casu minus conservatur, minus durat:

Sed valde crassum à natura corpus utroque modo minus conservatur, quam gracile.

Ergo

Corpus à natura valde crassum brevioris vita erit, quam gracile.

Major probatur, quia dupliciter deficit vita, aut per resolutionem calidi innati senectute, quod fato contingit, aut casu, & violentia. Minor probatur, quia corpora valde crassa minus habent calidi, & humidi, in quibus magis vita perdurat, ob vasorum angustiam: casu quoque, quia obstructionibus, putredini suffocationi, venarum ruptionibus magis sunt obnoxii.

Quod vita longa consistit in proportione principiorum, calidi scil. & humidi, ita, ut humidum præ copia non sufficit calidum, nec præ inopia exsiccatur. Humidum non quodcumque intelligo, sed primogenium, quod in partibus solidis disseminatum est, quo enim hoc humidum fuerit oleofum magis, & minus exsiccabile, eò vita durabilior; ex quo fit, ut contingat separari aliquando sanitatem à longevitate, imò insalubres aliqui diutius vivunt, quam bene sani (teste Arist.) de Log. Quamvis autem corpora insalubria aliquando diutius vivant salubribus fato, casu et brevi tamen sana viverent diutius, si rectam servarent vivendi rationem, quia morbis vita magis resistunt.

Quod multa dampnatur in corpore valde crasso, pigritia ad motum, humiditas superflua,

superflua, vasorum angustia: quare facile putredini, obstructionibus, & plethora sunt obnoxia: difficultas respirationis, frigiditas temperamenti, sterilitas, hebetudo sensus in iis occurunt: item difficile ferunt medicamenta. Corpora vero valde extenuata multas habent etiam difficultates, debilitatem, à quovis motu, à calore, & frigore externo facilè vincuntur, difficile ferunt violentias, & casus, vigiliis infestantur, à resolutionibus valde laeduntur, famem non tolerant, facile in ardentibus febribus incident, ob copiam bilis; ideo etiam tabi, & hec tā magis proclives; brevem quoque vitam habent ob caloris defectum.

q. An- Quod habitus corporis, quidam est extremus in crassitate, alius in tenuitate; **madv.** alias inter hos mediocris. Rursus unusquisque bonus aut à natura est, aut postea acquisitus. Rursus multi sunt gradus ab extrema crassitate, sicut ab extrema gracilitate ad corpus mediocre. Si ergo comparentur crassi valde ad graciles non in extremo, minus vivunt illi, atque eō magis, si à natura tales sunt, crassities enim acquisita non ita est morbis obnoxia; secundo, si comparentur corpus extremitate crassum, ad extremitate tenuis à natura, minus vivit crassum, quia Hipp. comparationem facit ad omnem gracilem: tertio, si comparentur extremitate crassi non à natura, ad graciles in extremis, magis vivunt illi, quam isti.

4 Adn. Quod nimia crassities extenuanda est: mollium scripsit Hipp. Pingues, inquit, Lib. de q̄i gracie fieri volunt, omnes labores jejuni facere debent, & cibos assumere anhe- dīca. lantes adhuc ex fatigatione, & non refrigerari præpoto vino diluto, & non valde fri- gido, & obsonia præparata assumere à sesamis, aut condimentis hortensibus, & aliis hujsmodi. Sint autem obsonia pinguis, que offeruntur, sic enim à quam paucissimis impleri poterunt, sed & semel in die cibum assumere, & illotum manere, & stratum durum habere, & nudum deambulare oportet, quantum id maximè fieri poterit. Qui vero gracie sunt, & pinguis fieri volunt, cum alia iis, que diximus, con- traria facere, tum etiam jejunos nullum laborem subire oportet.

APHORISMUS XXXXV. Epilepsia laborantes, &c.

Come- CUM supra de apoplexia statuisset Hipp. aut non curari, aut cum difficulta- xii. te, nunc de epilepsia agit, dicens, eam non solum curari posse, sed modum ostendens curationis ipsius.

Intent. Epilepsia tollitur in pueris mutatione loci, victus, & ætatis maximè.

Kario Ut demonstret longos morbos, & qui sensim geniti sunt, sensim quoque esse cu- intent. rando, & tria remedia adducat, quibus in magnis morbis multum fidat Medicus.

Drozif. Brevitas sententiae divisionem non parit.

Demo- Morbi solvuntur alteratione, coctione, & vacuatione.

fraz. Sed mutatio ætatis, victus, & loci ad calida, & siccata, alterat, concoquit, & evacuat in epilepsia: Ergo.

Illa solvetur ex mutatione eorum.

Major per se patet. Minor probatur, quia cum epilepsia sit morbus frigidus, & humidus, à calido, & sicco, suo contrario, dissolvetur aliquo ex prædictis modis.

Q. Al- Quod epilepsia est pulsio, per quam homo concutitur sine sensu, ac ferè suffo- nstat. catur, calcitat, ululat repente concidens, estque puerorum propria. Locus af- Lib. de fectus cerebrum est, à quo teste Hipp. vel pituita, vel flatus frigidus ad sanguinem per venas transmittitur, & ipsum infrigi lat, pueris igitur, ob venarum an- morb. gustiam, & caloris paucitatem solet esse mortalis, non ita in grandioribus, in quibus amplius vaſi, & calor acier, unde facile fit in iis resoluuntur. Est autem hic morbus malignus, quia causa ejus plerumque talis est. Cæterum refert

Fernel.

Fernel. dissectum fuisse cerebrum duobus epilepticis, & in altero duram matrem erosam, in altero vero abscessum repertum esse.

Quod epilepsia quædam invadit à pueritia, alia à decimoquarto ad vigesimum ^{2. Ad-} quintum annum: prima, si duret usque ad vigesimumquintum, & pertranseat de- ^{not.}
cimumquartum, incurabilis ponitur ab Hipp. ut plurimum: quæ verò oritur cir- ^{5. apb.}
ca pubertatem, nisi occidat, magnus timor est, ne ad mortem usque comitetur. ^{7. apb.}
Est autem pubertas, cum vir semen, foemina menstrua, emittunt: quare qui ^{3. apb.}
morbi ab ortu in hac ætate non solvuntur ad mortem usque comitantur. Magis au-
tem sperandum esse auxilium ab ætate, quam à ceteris indicantibus Hipp. intelli-
git per verbum illud, *tum maxime etatis*.

Quod quemadmodum in refectione proportio temporis est servanda, ut supra ^{3. Ad-}
dictum est, ut quæ breviter, repente, quæ sensim extenuata sunt, sensim sint ^{not.}
reficienda, ita & in morborum curatione, qui repente fiunt, repente curandi ^{, 5. apb. 7}
qui verò sensim, paulatim. Epilepsia igitur cum sit morbus, qui sensim fit, &
longo tempore duret, remediis indiget, quæ paulatim attenuent, & exsiccant,
qualis est mutatio ætatis puerilis ad juvenilem, loci, & victus extenuantis.

Quod victus non solum alimentum significat, sed quod totum regimen in rebus ^{4. Ad-}
non naturalibus calefaciat, & exsiccat: maxima ideo cura habenda nutricis in pue-
ris lactantibus, ne lac fiat biliosum, & mulier vino dedita sit. Mutatio loci per-
tinet non solum ad diversum situm in ea civitate, vel regione, sed ad diversas re-
giones, ventos, & aquas, non tamen ad extremas, sed temperatas, est enim re-
gio Australis, vel Occidentalis hujus morbi abundans, ideo ad Orientem magis
vergendum, vel Boreales partes. Quamvis verò Hipp. maximè ex ætate solutio-
nem morbi sperandam dixerit, non debemus tamen ipsam expectare, sed medica-
mentis, si fieri potest, tollere morbum, præcipue si non sit connatus, & à malo
victu fiat.

Quod hic morbus, ut scripsit Hipp. pueros corripit, qui in utero rectè expurga- ^{5. Ani-}
ti non fuerunt, quare qui immundi sunt, & scabie abundant, ac pustulis, minus ^{madv.}
eo corripiuntur, nec solum extra uterum, sed in utero coripi hoc morbo pueros ^{Lib. de}
est verisimile, undè alii moriuntur, alii mutilati nascuntur decumbente morbo ^{morb.}
per abscessum ad ea loca, si Hipp. credimus. ^{sac.}

APHORISMUS XXXXVI. Ex duobus simul doloribus, &c.

CUM in antecedenti sententia exemplo epilepsiae docuisset, curationem fieri ^{Connec-}
à contrario, nunc dolorem in exemplum adducens docet, etiam aliquando ^{xio.}
cani fieri per similia.

Ex duobus doloribus, in diversis partibus, major minorem obscurat.

Ut demonstret levationem doloris aliquando esse ad apparentiam tantum; se-
cundò, ut ad levationem doloris dolorem aliquando inducamus.

Brevitas sententiae divisionem non patitur.

Quod revocat sensum ab aliqua parte, & causam doloris, id dolorem sedat.

Sed Major dolor revocat sensum à minori, & causam doloris à diversa parte.

Ergo: Major dolor minorem obscurat.

Major certa est. Minor probatur, nam ad eum locum maxime fluit sanguis, &
spiritus, qui magis dolet: at illa duo tum sensationis, tum doloris causam augent,
& revocatur à parte unius dolente.

Quod duo dolores possunt sentiri ad unguem in uno loco, ut calefactio à ferro
ignito, & solutio continui, item in pleuritide dolor pungens, & distendens; ^{1. Adm:}
possunt

Inten-

Ratio

intent.

Divisio

Demo-

strat.

possunt etiam sentiri duo dolores in uno membro, sed non in eodem loco; ut si uterque sit in brachio, vel crure; tertio possunt sentiri duo dolores in diversis membris: Haec sententia potissimum vera est de duobus doloribus in diversis membris; in aliis non ita constat, nam in primo casu ferè una molestia sentitur; in secundo, cum sint in eodem membro, difficile potest revocari spiritus, & sanguis, ob parvam distantiam.

4. Adn. Quod comparatio vel fit inter duos dolores corporeos, vel duos incorporeos; vel alterum animi, & alterum corporis. Sed omnibus modis vera est sententia; nam dolor capitis, scarificatis, & ligatis cruribus lenitur; timor vitae obscurat timorem pecuniae, ira laetitiam, & denique omnes passiones animi à fefe mutuo extinguntur, minor scil. majori: quod verò animi dolor tollat dolorem capitis, patet ex ea sententia. *Qui dolentes aliqua parte dolorem fere non sentiunt, iis mens agrotat.* Ita è contra, corporis dolor, animi dolorem tollit, ut patet in pueris flentibus, si percutiantur verberibus.

APHORISMUS XXXXVII. Cum pus fit, &c.

Conne- **C**UM in praecedenti egisset Hipp. de dolore ostendens obscurari minorem à majori; nunc, occasione accepta de dolore, praeceptum tradit insigne.

Intent. Cum pus fit, dolores, & febres accident magis, quam confecto.

Ratio Ut doceat cognoscere tempus suppurationis; secundò, ut confirmet, quod di-
intent.ctum est supra, in vigore omnia esse vehementiora, non solum quando tota ma-
teria ad unicam expulsionem servatur, sed quando paulatim educitur, dummodo
expurgatio sit exigua, ut in annexione patet.

Divisio Partitionis particeps non est hæc sententia.

Demoj. Quo tempore inflammationis, solutio continui, & calor majores, major dolor,
& febris.

Sed cum pus fit magis solvit continuum, & calor auctior. Ergo
In tumore, cum sit pus, dolor, & febris majores sunt.

Major probatur, cum à solutione continua dolor oriatur, quando illa est major, dolor quoque augetur, febris autem ad maiorem calorem major fit. Minor osten-
ditur, quia pars, dum fit pus, magis impletur spiritu, quare magis distenditur,
& calefit; accedit, quod tota materia in unum coit ad vomicam.

5. Adn. Quod actio naturæ duplex est in materiam; una in humorem benignum, unde
fit augmentum, quæ propriè dicitur nutritio, altera in materiam extraneam, &
hæc triplex est, vel naturæ vincentis, & dicitur coctio, seu resolutio, altera na-
turæ victæ; & dicitur putrefactio, alia medio modo se habens, per quam pus gi-
gnitur. In nutritione solum mutatio fit humoris, at in corruptione, vel purifica-
ti. vul. pi. vñl. tione, non solum humor, sed pars transmutatur juxta illud, *Carnes contusas ne-
cessè est putrefieri.*

2. Adn. Quod quatuor sunt tumores simplices præter naturam, phlegmon, erisypelas;
œdema, scirrus: & hi tumores quinque modis terminari possunt, resolutione,
transfudatione, suppuratione, induratione, & corruptione: primi duo laudabili-
les, & boni; duo ultimi mali, suppuratione verò medio modo se habet. Ubi igitur
tumca est materia, tenuis, & pars rara, calida, per resolutionem terminantur,
ubi multa, sed non ita crassa, & pars rara transfudatione, at in pleuritide, per sputum,
ubi medio modo se habet, & est multa crassa, sed non maligna, suppuratione, ubi
rebellis, sed non maligna induratione, ubi maligna, & pessima, gangræna fit.

3. Adn. Quod dolor magis fit à principio inflammationis, quia maximè eo tempore sol-
vitur

vitur continuum. Sed Hipp. non comparat hoc tempus ad tempus puris, sed comparat tempus puris, dum fit ad tempus, in quo factum est; dicit majorem esse dolorem, & febrem eo tempore; ideo in suppuratione pectoris incipiente, dixit pondus pro dolore fieri, minuitur igitur dolor respectu principii inflammationis, sed augetur respectu puris confectionis. Sed dices: Hipp. dixit febrem elucere, & ^{z. prog.} rigorem, & pondus, cum fit pus: febris igitur major erit; quam à principio. Dicimus, manifestari magis febrem ob rigores, sed non esse majorem, quam à principio inflammationis.

Quòd factò pure, remittit febris, & dolor, quia cessat effervescentia, & di- ^{4. Ad-}
stentio, pus igitur, si fuerit album, leve, & æquale, & minimè grave oleans, ^{not.} superavit natura materiam; si verò faculentum, lividum, & fætidum, superata est natura. Cæterum signa fientis puris, ut etiam facti, in externis tumoribus, istis carminibus explicant Medici.

*Durities longa, pulsus, dolor, & calor auctus,
Signa pus fieri, sic facta remissa,
Sub digitis undans, albescens pars, & acuta.*

Quòd inter omnes suppurations, gravissimæ sunt illæ, quæ in thorace sunt: Altera nec enim satis est naturam superasse materiam, nisi robur adsit virium, ita ut ex- ^{adnot.} purgari possit, dicuntur autem suppurrari, quando pus est extra vomicam à ru- ptione: cum verò pus est in vomica, magis fieri suppurationem dicimus. Cæte- ^{z. prog.} rum de his diligentissimè scripsit Hipp. adeo, ut hac in tractatione alios superavit.

APHORISMUS XXXXVIII. Quoquo modo corpus moveatur, &c.

CUM in duobus precedentibus de dolore mentionem fecisset, nunc doloris ^{Connec-}
speciem assumit, quæ ad lassitudinem pertinet. ^{xio.}

Lassitudo ex quovis motu tollitur quiete.

Ut ostendat ad ablationem causæ tolli effectum; secundò ut monstraret exercitii ^{Ratio} terminum esse lassitudinem; tertio, ut cognoscat Medicus, quando à quiete non ^{intend.} tollitur lassitudo, esse jam confirmatam, & morbum paritum, nisi conve- nienter remedia adhibeantur.

Non patitur divisionem sententiæ brevitas.

Causa ablata, effectus tollitur.

Sed motus est causa lassitudinis.

Ergo

Ablato motu, aufertur lassitudo: quies igitur, quæ solvit motum lassitudinem tollit.

Major probatur, loquendo de morbo dum fit, nec confirmatus est. Minor o-
stenditur, quia hic aginus non de quavis lassitudine, sed illa, quæ fit ex motu.

Quòd lassitudo est duplex: animi, & corporis, sicuti & motus: vera est hæc ^{1. Adn.} sententia de utraque.

Quòd quies hic tria significare potest; privationem motus absolutam; remis- ^{Altera}
sionem illius, & somnum; omnia hæc lassitudinem tollunt, quæ ex motu nasci- ^{adnot.} tur, nam quies omnino motum tollit; motus contrarius etiam lassitudinem tollit,
quia otiantur, quæ prius laborabant, membra; sed & idem motus remissus tollit
lassitudinem, quare ambulandum post exercitium leniter esse monuit Hipp. quod
in equis equites observant à cursu; ut eo leni motu humiditates per carnes disperge
diffentur.

Quòd non omnis lassitudo quiete tollitur, nam spontaneæ, & quæ ex motu jam ^{3. Ani-}
confirmatæ sunt, non remoyentur ab illa, sed incipientes. Oritur autem omnis ^{madu.}
lassitudo,

Adnot. Quod motus duplex est; alter levis, qualis ambulatio; alter validus, qui propriè dicitur exercitium; prius omnibus naturis convenit, calidis, seu frigidis, pueris, senibus, ac debilibus; secundus magis robustis, & pituitosis, desistens dum autem à labore, cum corpus lassari cæperit, floridumque & tumidum, ac coloratum redditur, cum autem ad extenuationem, exercemur usque ad sudorem, ut scripsit Hipp.

In epidem.

APHORISMUS XXXIX. *Quotidiaris laboribus consueti, &c.*

Connexio. **C**UM in antecedenti de lassitudine egisset, quæ ad exercitia sequitur, in hoc Aph. docet, quomodo se habeant homines ad labores.

Intent. Facilius ferunt assueti labores, etiam si invalidi, & senes, quam robusti, & juvenes.

Ratio intent. Ut ostendat, quanta sit vis assuetudinis, & non debere ob ætatem, vel imbecillitatem omitti consueta exercitia.

Divisio. Qui membra habent agiliora, & fortiora, minus à labore lassantur.

Demostriat. Sed assueti, licet imbecilles, & senes, agiliora habent membra, & fortiora. Ergo minus, quam juvenes, & robusti lassantur ab exercitatione.

Major declaratur, quia facultas ad motum, & robur diutius tolerat labores, & minus offenditur. Minor ostenditur, nam agiliora redduntur membra, quia facilius moventur versus assuetum motum musculi, robustiores sunt, quia attrita indurata, & spiritu, ac sanguine plena, excrementis vacua.

1. Adn. Quod consuetudo differt à natura, quia natura unum finem terminatè petit, ut semini s virtus hominis formationem; unde formatu homine, sentit, attrahit, coquit, expellit, nulla facta assuetudine, sed à natura. At quia natura fertur in finem, cum quadam latitudine, ideo confunditur natura cum assuetudine. Appetit enim stomachus naturaliter, sed quod hunc victrum magis, quam illum, it ex assuetudine sequitur; moventur membra à natura, sed quod ad hunc motum magis, quam illum, id à consuetudine est; est enim assuetudo habitus quidam, & maximè in actionibus animæ conspicitur, terminantur enim illæ per assuetudinem, ut ira, mansuetudo, fortitudo, continentia. Cum igitur consuetudo terminet aliquo modo naturam, hinc fit, ut ab assuetis non fiat passio, quare minus patiuntur à laboribus assueti, etiam si senes, & imbecilles.

2. Adn. Quod tanta est vis consuetudinis, ut fuerint aliqui ex philosophis, qui assertuerent mundum universum, consuetudinem esse, & gubernari, non fecerunt, ac contingere videmus in gubernatione regnum, & urbium. Est enim consuetudo lex sicut natura; unde scripsit Hipp. legem omnia corroborare, intelligens hanc legendam, naturam, & assuetudinem esse.

3. Adn. Quod hæc sententia, non solum ad labores, sed ad cibos, & medicamenta referri potest, qui enim senes assueti sunt plures in die comedere, facilis ferunt, quam inassueti, quamvis juvenes, & fortes. Item ad medicamenta melius se habent assueti, quam inassueti, etiam si sint invalidi.

4. Adn. Quod labores intelligere possumus absolute, vel assuetos, utroque modo est vera sententia, quod homines laboriosi minus lassantur, quam otiosi, etiam si senes illi sint, & imbecilles. Quare scripsit Hippocr. robustiora fieri corpora incolarum montium, & quæ exposita sunt aeris magnis mutationibus. Minus etiam dolent, & animo, & corpore, qui doloribus, & laboribus, ac calamitatibus

1. Aph. §

tibus sunt assueti, quamobrem parum tutam scriptit exquisitam, & statim victus rationem.

APHORISMUS L. *Quæ longo tempore, &c.*

CUM in antecedenti Aph. Hipp de consuetudine tractasset, facta compara- ^{Connec-}
tione ad labores, nunc de illa in universum agit, præceptum tradens ad sa- ^{xii}
nitatem utile.

Duas habet conclusiones Aph. prima est: Consueta minus molesta solent esse; ^{Intent.}
secunda: Ad insolita aliquando facienda mutatio est.

Ut non sequamur malam consuetudinem decepti, quia assueta minus molesta ^{Rati-}
sunt, & ut tradat præceptum ad securam sanitatem per quam utile. ^{intent.}

Dividitur hæc sententia in duas partes: in prima ponitur conclusio spectans ad ^{Divisio-}
assuetudinem: in secunda deducitur ex illa consuetudinis mutatio.

Consueta longo tempore, etiam si deteriora sint, natura magis sunt amica. ^{Demō-}

Ergo: minus molesta sunt. Antecedens probatur, quia facta est amicitia ex ^{strati-}
longo usu inter naturam, & assueta. Consequentia est manifesta.

Ex prima deducitur secunda conclusio manifesta: nam si minus molestant afflu- ^{edens.}
ta; ergo ad securitatem vitæ facienda est ad contraria mutatio.

Quod consuetudo triplex: alia bona, alia mala, alia pessima, si enim homo ^{1 Adm.}
temperatus assuetus est temperatis, bona est, si intemperans non multum, mala;
si vero intemperans, sed in excessu, jam pessima est. Prima licet ad sanitatem
commendetur, non tamen ad vitæ securitatem utilis. Quare monet faciendam es-
se mutationem per intervalla ad contraria. Qui igitur vino est assuetus, & illi con-
ducit, confert aliquando aquam bibere. Mala consuetudo, si fuerit recens, tol-
lenda quamprimum; nam temporis progressu solet graviter lacerare. At si mala
consuetudo fuerit vetus, non est tollenda, quia naturæ illi est bona, si tantum
temporis durare potuit; facienda tamen, & in ea mutatio aliquando ad contraria.
Pessima consuetudo, seu sua natura sit excessus, seu per accidens, ut si quis aquam
bibat, & illi sit assuetus usque ad senectutem, & labore cruditatibus, & sit im-
becillis, mutanda est consuetudo, & transeundum ad vinum, quia aqua senibus,
& imbecilibus pessima est.

Quod mutatio consuetudinis, vel fit in sanis, vel in ægris, si fiat in sanis pau- ^{2 Adm.}
latin facienda; ideo dicebat Hipp. contraria paulatim adhibenda, & interim quie-
scendum, at in ægris repente mutatur, nec propterea leditur, quia corpus per mor-
bum etiam repente mutatur, & quo major fuerit morbus, major mutatio: ideo in
acutissimo morbo nihil exhibemus, & pro vino, aquam, pro cibo soritionem da-
re jubemus, & quies imperatur sine noxa.

Quod in corpore bene sano facienda est mutatio, non solum ad insueta, quæ ^{3 Adm.}
sunt mediocria, sed ad excessus: ideo dicebat Cels. hominem sanum, & sui juris,
nullam rationem servare debere, sed modò plus, quam decet se implere, modò
jejunare, modò vigilare, & modò contrarium facere, modò in urbe, modò ruri,
& denique statam, & exquisitam vivendi rationem fugere, quam parum tutam
estimavit Hipp. At si fuerit male sanus, tuta non est hæc mutatio, immo contra-
ria, videlicet, quæ est exquisita, & stata victus ratio, utilis ad modum est, con-
venit etiam, & iis suæ quæque mutatio aliquando ad insolita, sed non ad contra-
ria valida, ne corpus ab illis vincatur.

APHORISMUS LI. *Semel multum, & repente, &c.*

Conne- **C**UM in antecedenti de mutationem mentione fecisset consuetudinis, nunc
xio. præceptum scribit ad ipsam mutationem universale, docens, quomodo sit
facienda.

Intent. Magna, & repentina mutatio est periculosa.

Ratio Ut quando mutanda est consuetudo, id paulatim fiat, ad securitatem: Medicus
intent. enim in mente habere debet, cum operatur, ut, si non juvat, saltem non noceat.

Divisio Partitionem suscepit hic Aph. in partes duas: in quarum prima ponitur conclu-
sio intenta, & illius probatio: in secunda corollarium adducitur.

Demoſ. Omne nimium est naturæ inimicum.

i. Sed magna, & repentina mutatio est nimia. Ergo

Naturæ inimica, non igitur facienda est mutatio, nisi paulatim.

Major patet ex illo veteri adagio: (Ne quid nimis.) Minor declaratur.

Si quidem natura in mediocritate quadam, & harmonia consistit, quam repen-
tina dissolvit mutatio.

Demoſ. Deducitur à prima secunda, nam si universè calefacere, aut refrigerare, aut
z. alio modo repente, & multum corpus movere est pericolosum; ergo magis à mu-
tatione consuetudinis.

1. Adn. Quòd mutatio vel est ad bonum, vel ad malum: rursus, vel est à negotio, vel
ad contrarium: tertio, vel est à contrario ad contrarium, vel ad medium: quarto
aut est in sanis, aut ægris, aut neutrīs; rursus in ægris, vel fit in morbo parvo,
vel in magno, vel in mediocri. De quacunque mutatione vera est sententia allata,
periculofam esse magnam, & repentinam mutationem: Non tamen est omittenda
extrema mutatio, cum necessitas urget, quia extremis morbis extrema remedia
optima sunt. Mutatio autem, quæ est à negotio ad otium, ut à labore ad quietem,
vel à malo ad bonum, minus periculosa est, quam eorum opposita, & mi-
nus periculosa in ægris, & neutrīs, quam in sanis, ratio est, quia sanitas muta-
tionem non indicat, sed conservationem.

2. Adn. Quòd consuetudinis mutatio, vel est ad inducendam contrariam dispositionem,
vel solum ad securitatem sanitatis; primam appellat Hipp. mutationem ab uno ad
aliud in contextu; secundam verò mutationem simpliciter: ideo monet vitandam
esse magnam, & repentinam mutationem in ambabus, sed maximè in prima, ut
cum intemperiem cognatam reducere volumus ad mediocrem in fano.

3. Adn. Quòd mutatio fit per æqualia vel in gradu, vel in numero, hoc est, minori
medio, sed pluries repetito: hoc est paulatim mutare, quia tutum, quoniam, si
error contingit, minus læditur corpus: experimentum enim periculosum: ideo
semper à levioribus est incipiendum, nisi morbi magnitudo nos inducat ad ma-
gnum remedium.

4. Adn. Quòd mutatio fieri potest, vel in rebus naturalibus, vel in non naturalibus;
vel in iis, quæ sunt præter naturam. De omnibus vera est sententia, magis ta-
men de naturalibus, quæ nullo modo, nisi paulatim, fert mutationem, inde in
non naturalibus. Utrum autem temperamentum innatum possit reduci ad melius,

2. de videtur refragari Gal. nam cum illa corporis dispositio sequatur ad certam mixtio-
nem elementorum, quæ solius naturæ, & Dei est opus; nulla arte, vel casu ex-
lib. fa- quisitè post ortum talis acquiri potest, quæ dispositionem æquè fixam cum natura
enit. habeat. Sed non ideo negandum est intemperatum corpus à natura, reduci posse
arte ad melius, saltem de temperie loquendo.

APHORISMUS LII. *Omnia secundum rationem facienti, &c.*

NEXUS hujus sententiae cum superiori satis est manifestus: cum enim praeceptum traderet in antecedenti ad Medicis actionem insigne, non esse facientem repentinam mutationem, nunc in eam intentionem, & de eadem mutatione loquens aliud praeceptum maximè dignum adducit.

Rationale remedium mutari non debet, etiam si non succedat.

Ut per hoc moneat Medicum constantiae, & gravitatis in curandis malis, ne statim mutet, si non succedat secundum rationem curans; vel ne ita pertinaciter remedio adhæreat, quin aliquando mutet.

Partitio fit Aph. in partes duas; in prima regulam ponit, in secunda vero cau-

tionem illius adducit.

Mutatio remedii, non debet fieri cum nocimento, sed mutatio rationalis re-

medii semper fit cum noxa.

Ergo

Ratione remedium mutari non debet.

Major certa est. Minor probatur, quia si remedium rationale mutatur, fit irrationale, & sic augens ipsum morbum, & cum noxa.

Quod remedium multipliciter mutari potest; vel secundum genus, vel qualitatem, aut quantitatem, aut tempus, rursus in qualitate bifarium, occulta, vel manifesti: cum genus mutatur, vel est ad contrarium, vel diversum: quantitas vel ad magis, vel ad minus: qualitas quoque mutatur secundum intentionem, & remissionem, vel in eadem specie, vel ad contrariam qualitatem.

Quod morbus aliquando habet causam manifestam, ideo cognitu facilem, aliquando obscuram ita, ut difficile cognosci possit: si morbus cognoscatur, vel id sit scientifice, vel conjectura solum: si conjectura, vel illa, quæ magis accedit ad scientiam, aut ea, quæ est propè ignorantiam.

Quod ubi morbus non cognoscitur, licet mutare remedia omnibus modis, juxta iudicium, quod scripsit Hippocratis. *Si quis morbum non cognoscet, medicamentum praebeat non forte.* Si itaque levatur æger, demonstrativum est, quod gracilitatem inducendo curandus est; si non levatur, faciendum est contrarium: & si non profuerit, gracilem facere, tumidum facere conduceat, & frequenter permutare, ita enim non errabis; Si vero cognoscatur morbus, vel scientia, vel conjectura scientifica, Medicus statim debet adhibere remedia illi convenientia: nec mutandum (etiam si res non succedat) remedium in genere, sed mutari potest vel intentione, vel numero, in eadem tamen specie: quia natura aliquando ab assuetudine delipit remedium.

Quod morbus non cedit remediis, etiam rationabilibus, vel quia crudus est, vel quia adeat obstructio, aut abscessus, vel quia morbus ex iis est, qui non nisi paulatin tolli possunt, vel quia est infuperabilis, vel ob immanifestum qualitatem, vel ob temporis constitutionem: quare non debet Medicus mutare remedium ad contraria, persistente morbo in suo statu, ut à principio, & bene cognito, sed debet reiterare remedium idem, vel numero, vel specie: quando tamen morbus est inconstans, & magnus ita, ut periculum sit in mora, licet omnem obire mutationem.

Quod medendi ratio duplex est: alia per indicationem, alia per experientiam. hic tertio potissimum est de remediis, quæ per indicationem habentur, quæ semper fit secundum rationem, at experientia non semper; cum itaq; a lese manifeste in licet, ut obstructio aperitionem, repletio inanitionem, malignitas anti l'otum; illa adhibenda, & reiteranda, quoad persistit, & quoad signa à principio perseverant.

G

Quod

6 Adn. Quod in hac sententia reprehenduntur Medici, qui ut siquid sapere videantur; & ne, si moriatur & erit infametur ob auxiliorum inopiam, vel ne frustra mercedem fusce sisse videantur, in quacumque visitatione aliquid de novo agunt, natu-
In hoc r^eo^sus intercipientes, quæ quietem desiderat, juxta illud, *Ingentibus morbis aphor. quiescere multo præstat*; hos igitur reprehendens Hipp. *mutatio*, inquit, non p.
2 Adn. *rum confort, si, ut convenit, fiat, corpore scil. mutato, ac mutatio indecenter fa- et, corpore non mutato, detrimenta affert non mediocreia.*

APHORISMUS LIII. *Quibus alvus est humida, &c.*

Conne- **C**UM in antecedenti de mutatione in consuetudine, & actione Medici tra-
xio. tasset, nunc de alvi mutatione, quæ fit per ætates, egit.

Intent. Duas habet conclusiones, prima est, Juvenes, quibus est humida alvus, me-
lius degunt iis, quibus est siccata: secunda, Juvenes facilis dejectionis, in sene-
ctute pejas habent.

Ratio Ut demonstret in universum melius esse, ut habeamus alyos humidas, quam
intent. siccias; secundò, ne miremur, si in senectute pejas habent, illi, qui in juventu-
te alvum humidam natūri erant.

Divisio Dividitur Aph. in partes duas: in quarum altera priunam statuit conclusionem: in secunda alteram dedit.

Demōs. Qui pauciora acervant in corpore excrementa, melius degunt.
Se^t juvenes alvi humidioris pauciora habent excrementa. Ergo
Juvenes, quibus alvus est humidi, faciliter degunt iis, quibus est siccata.

2 concil. Major, & minor adeo sunt manifestæ, ut nulla indigeant probatione.
Qui tempore alvus resiccatur, pejas habet homo.

Sed in senectute ferè resiccatur alvus iis, quibus in juventute erat humida, ergo
juvenes facilis egestionis in senectute pejas habent.

Major est manifesta. Minor declaratur ex Aph. XX. hujus Libri; si quidem re-
siccatur alvus iis in senectute, qui humidam habent in juventute.

1 Adn. Quod tanti fecit Hipp. ad sanitatem alvi facilitatem, ut scriperit homines fa-
De ae- cilis egestionis ferè acutis morbis non laborare, si autem alvus est futura siccata,
re, 43. melius ajunt aliqui esse, si in senectute siccetur, quam è contra. Cujus contra-
loc. rium sentire videtur Hipp. in Tex. dicens, pejas dégere senes alvo siccata; & ratio
est in promptu, nam juvenes siccii ventris possunt per exercitium superfluitates dis-
solvere, quod senes facere nequeunt, ideo si alyos habent siccias, magis offendun-
tur.

2 Adn. Differt hic Aph. à XX. quia ibi solum de commutatione alvi per ætatem agit,
hic verò docet melius esse alyos humidas habere absolutè, quam siccias; secun-
do, melius esse senes esse humili alvi, quam juvenes; rursus, ibi absolutè dixit,
transmutari alvum à secco ad humidum, & è contra in juventute, & senecta, hic
magna ex parte fieri dicit.

APHORISMUS LIV. *Ut traducenda Juventute, &c.*

Conne- **C**UM in antecedenti Aph. de mutatione alvi tractasset, quæ fit per ætates;
xio. hic de corporis magnitudine, quæ per easdem spectatur, sermonem habet.

Intent. Mediocritas magis laudanda in corpore, quam magnitudo, aut parvitas.

Ratio Ne quis putaret magnitudinem corporis mediocritati præstare; quinimò postpo-
incen- ni parvitatì, ad vitæ commoda, & sanitatem, debere.

In duas partes dividitur hæc sententia: in prima comparat Juventutem ad magnitudinem: in secunda vero senectutem ad illam, & ad parvos.

Magnitudo corporis damnatur in senectute, parvitas in juventute.

Ergo: Mediocritas illis duobus melior: Consequens patet: antecedens probatur: nam cum virium robore, ut in juventute, laudabilior est magnitudo, cum imbecillitate vero, parvitas, ut in senectute.

Quod magnitudo, vel consideratur secundum unam dimensionem, in longam scil. vel secundum omnes longam, latam, & profundam. De utraque vera est sententia, quamvis Gil. magis de longitudine intelligat: quod non videtur omnino probandum, quia longitudine sine latitudine non videtur formosa, & liberalis, immo tales despiciuntur, magis igitur de magnitudine, & parvitate videtur sententia intelligenda, quæ secundum omnes dimensiones est.

Quod, cum sit comparatio magni ad parvum, debet fieri cæteris paribus: si ergo fiat secundum longitudinem, dicimus corpora breviora esse magis laudanda, quia prudentiora, agiliora, & musculos & ligamenta habent robustissima, quare labores tolerant, & vita sunt diurnæ, nec gravantur ullo pondere corporis, aut torquentur in senectute: at magna corpora inepta sunt ad labores, & inagilia, & gravitate corporis in senectute male habent.

Quod causa proceritatis est calidi, & humidi copia: quare dicebat Hipp. Asia- 3. Ad-
ticos esse præ Europeis magnitudine præstantiores, at corporis parvitas calido, & not-
ficio magis accommodata est, ideo prudentiores. Num vero, ut fabulantur, fue- Lib. de
rint aliquando gigantes, certuni est in nova Hispania ossa hominum esse reperta, acr. 49.
eius dimensionis, ut superarent communem hominum formam septies: illi tamen
(uti & pigmæi) intra monstra magis sunt reponendi.

Quod rectitudo hominis apud Theologos, ut in Cœlum spectaret, facta est: 4. Ans-
Galen. refert eam ad multitudinem calidi, quod est in homine. Requirebantur madu-
enim multum aeris, & ignis ad prudentiam: ideo qui capite sunt carnosiores, mi-
nus prudentes; in senectute vero, tum quia deperditur calidum, & ad latera ma-
gis, quam sursum movetur; tum etiam, quia robur muscularum deest, fit ut
corporis longitudine curvetur.

Finis Libri Secundi.

